Annus VI - Vol. VI Die 30 Decembris 1914 Num. 21

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

I. *Acta Benedicti PP. XV:* Motu Proprio, pag. 689; Epistolae, pag. 692; Allocutio, pag. 694. — II. *Suprema S. C. S. Officii:* Concessio indulgentiae, pag. 697. — III. *S. C. Consistorialis:* De vicarii capitularis electione in Mexico, pag. 698; De spirituali emigrantium cura pag. 699; Provisio ecclesiarum, pag. 701. — IV. *S. C. Concilii:* Refectionis damnorum, pag. 702. — V. *S. C. Rituum:* Concessio privilegii parochis Urbis, pag. 708; Sagien. Dubia, pag. 709. — VI. *S. C. pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis:* De cura captivorum, pag. 710; Epistola, pag. 711. — VII. *Poenitentiaria Apostolica:* De cappellanis militum in bello, pag. 712. — VIII. *S. Romana Rota:* Verulana. Iurispatronatus, p. 713. — IX. *R. Camera Apostolica:* Declarationes, p. 718.

Diarium Romanae Curiae: Nomine, onorificenze, necrologio, pagg. 722-728.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXIV

Directio: Palazzo della Cancelleria. — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, L. 12. — Extra Italiam, L. 15.
Unius fasciculi, L. 1.

« *Bis* fere *in mense* (Commentarium) *prodibit, ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* ». (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. VI, n. 21 - 30 Decembris 1914)

ACTA BENEDICTI PP. XV

Motu proprio

PAG.

Sacrae theologiae. - De Bononiensi theologorum Collegio. - *3 decembris 1914* . . . 689

Epistolae

I. *Petis tu quidem.* - Ad R. D. Fl. Mortier, moderatorem generalem Congregationis ab Immaculato Mariae Corde, anno ab eadem instituta Congregatione quinquagesimo exeunte. - *21 novembris 1914* . 692

II. *Peraccepta Nobis.* - Ad moderatorem generalem Congregationis Presbyterorum a S. Maria, ob devotionis obsequium beatissimo Patri reverenter exhibitum. - *24 novembris 1914* 693

III. *Ex officiosis litteris.* - Ad R. D. Aloisium Oster, praesidem Consilii administrandi Operis a sancta Iesu Infantia nuncupati in Germania superiore. - *8 dec. 1914* . . 693

Allocutio

Di accogliere per la prima volta. - Habita die 24 decembris 1914 ad Collegium Purpuratorum patrum vota atque optata in pervigilio Nativitatis Domini offerentium. - *24 decembris 1914* 694

SUPREMA S. CONGR. S. OFFICII

Sectio de indulgentiis

Decretum. - Conceduntur indulgentiae se per quandam orationem D. N. I. C. devoventibus. - *3 decembris 1914* 697

S. CONGR. CONSISTORIALIS

I. Declaratio de electione Vicariorum Capitularium in quibusdam Mexicanis dioecesibus. - *6 decembris 1914* 698

II. Litterae circulares ad Rmos Ordinarios dioecesum Italiae, de spirituali emigrantium cura. - *6 decembris 1914* 699

III. Provisio ecclesiarum 701

S. CONGR. CONCILII

PAG.

Dioecesis X. - Refectionis damnorum. - *14 martii 1914* 702

S. CONGR. RITUUM

I. *Romana.* - Parochi Urbis rochetti et palmatoriae privilegio ornantur. - *11 novembris 1914* 708

II. *Sagien.* - Dubia. - *11 decembris 1914* . 709

SACRA CONGREGATIO

pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis

De cura captivorum a clero habenda. - *21 decembris 1914* 710

Epistola Secretariae Status de eodem decreto. - *22 decembris 1914* 711

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

Decretum de cappellanis militum quoad facultatem ad excipiendas sacramentales fidelium confessiones, durante bello. - *18 decembris 1914* 712

S. ROMANA ROTA

Verulana. - Iurispatronatus. - *8 iulii 1914* . 713

R. CAMERA APOSTOLICA

Declarationes. - *10 decembris 1914* 718

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Segreteria di Stato. *Nomine* 721

II. Maggiordomato di S. S. *Nomine* 722

III. Necrologio 728

Annus VI. - Vol. VI. Die 30 Decembris 1914. Num. 21

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

DE BONONIENSI THEOLOGORUM COLLEGIO

BENEDICTUS PP. XV

Sacrae theologiae multimodis fovere studia, quibus ministeria sacerdotum in animarum salutem mirifice adiuvantur, sollemne semper fuit huius Apostolicae Sedis: quae quidem, provisum est divinitus, ut omnibus gentibus cum doctrinas Fidei, infallibili magisterio, tradat, tum etiam tutissima sit dux ad sacras colendas disciplinas. Iam vero, quod proprie ad has attinet, in pervetustis eiusdem Sedis Apostolicae laudibus ponendum profecto est *Studium Generale in Theologica Facultate*, quod Innocentius VI, fel. rec. decessor Noster, Bononiae, in urbe nobilissima, perpetuo mansurum excitavit Constitutione *Quasi lignum vitae* die XXI iunii anno MCCCLX edita ad Avenionem. Etenim hoc Studium, quo nullum antiquius in Italia, si Romam excipias, quodque Parisiensi illi *Sorbonae* haud immerito solitum est aequari, non modo humanis divinisque litteris emolumento, sed ipsi Romanae Ecclesiae et catholicae religioni fuit gloriae; quandoquidem inde non pauci profecti sunt, rerum scientia, honorum amplitudine, vitae sanctimonia illustres viri: quo in numero non defuerunt qui ad supremam hanc Pontifica-

tus Cathedram postea pervenirent. Numquam autem deinceps, saeculis labentibus, nec fructus nec fama existimatioque defecit Studii Bononiensis: quod, simul cum praeclarissima Schola iuris, fuit sane causae, cur Bononiensi urbi *Alma Mater Studiorum* nomen adhaeserit. — Intercessit quidem illa rerum omnium perturbatio, quae sub exitum saeculi duodevicesimi miscuit Europam: ea tamen, quamquam afflixit, non exstinxit penitus hoc Studium adnexumque Collegium Theologorum, quae revirescere visa sunt anno MDCCCXXIV, cum a decessore Nostro fel. rec. Leone XII Constitutione *Quod divina sapientia* Pontificiae Universitati studiorum Bononiensi sunt adiecta. Huic autem Romanorum Pontificum providentiae curaeque nullo non tempore egregia responderunt fide: cuius fidei in recenti rerum publicarum conversione commemorabile illud exemplum fuit. Cum enim multi propter ignaviam officium desererent ac sese ad novas res accommodarent, nemo unus ex huius Collegii et Studii doctoribus et magistris inventus est, qui ab Apostolica Sede desciscceret, cuius ditioni obedientiam promisisset, verum omnes apud Archiepiscopum, ut Collegii Archicancellarium, quo eum honore nulla inimica vis exuere potuerat, se congregarunt: quod si prohibiti aliquandiu sunt sua obire munia, at custodire, in ipsa temporum tristitia, patrimonium veteris gloriae non cessarunt.

Nos, quibus valde libentibus, dum Bononiensem ecclesiam gubernavimus, contigit ut hunc Archicancellarii locum obineremus, nunc ad universi catholici nominis gubernacula, inscrutabili Dei consilio, collocati, equidem volumus, quas memoravimus Collegii glorias non solum compertas esse omnibus, sed etiam, si potest, augeri idque cum sacrarum incremento disciplinarum in utilitatem cleri, cuius sanae solidaeque institutioni quam maxime studemus. — Probe autem novimus debito in honore ibidem esse Thomam Aquinatem, cuius doctrinas decessores Nostri illustres, Leo XIII et Pius X, maximis extulerunt laudibus easque scholis catholicis religiose retinendas praescripserunt.

Itaque per has Nos litteras edicimus Bononiense Collegium Theologicum Studiumque Generale in Theologica Facultate permanere talia, qualia Innocentius VI condidit ac Bonifacius IX confirmavit; et quicquid de utroque decessores Nostri sapientissime constituerunt, omne Apostolica Nostra auctoritate ratum habemus.

Quoniam autem, tam longo intervallo, postremis praesertim temporibus, plura et Collegia et Athenaea theologiae tradendae sunt legitime condita, Nos, cum velimus ex una parte institutum Bononiense in pristinum decus, quantum fieri potest, revocari, ex altera nihil de beneficiis id genus quae aliis dioecesibus tributa sint, deminui, eadem auctoritate Apostolica, statuimus ut Archicancellarius et Collegium Theologorum Bononiense, servatis rite praescriptionibus vel sacri Consilii studiis provehendis, - in primisque decreto *Doctoris Angelici* die XXIX iunii huius anni edito de summis Thomae Aquinatis principiis in philosophia sancte tenendis deque ipsa Summa Theologica in scholis theologiae praelegenda - vel aliis quae Sedes Apostolica praeceperit praecepturaque sit, academicos theologiae gradus et lauream conferre possint, non iis tantum qui statuta studiorum curricula in scholis Collegii recte confecerint, aut ex finitimis dioecesibus Bononiam, eosdem gradus laureamque petituri, advenerint, verum etiam quibuscumque, ex peculiari lege memorati sacri Consilii, necesse non sit, ad eos consequendos academicos gradus et lauream, in alia studiorum sede legitimum doctrinae periculum facere.

Atque haec Nos costituimus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die III mensis decembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

EPISTOLAE

I

AD R. D. FL. MORTIER, MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS AB IMMACULATO MARIAE CORDE, ANNO AB EADEM INSTITUTA CONGREGATIONE QUINQUAGESIMO EXEUNTE.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Petis tu quidem a Nobis ut apostolica benedictione ornemus Congregationem quam diligenter moderaris, huiusque rei petendae occasionem scribis tibi ex eo natam quod annus vertitur ab instituta Congregatione quinquagesimus. Nihil est, dilecte Fili, cur precibus hisce libentissime non annuamus. Novimus enim quanta benevolentia decessores Nostri religiosam istam familiam sint prosecuti: novimus et actuosam frugiferamque caritatem qua sodales tui, christiano praesertim propagando nomini operam dantes, de Ecclesia, de Apostolica Sede bene sunt meriti. Praeclara haec eadem merita Nobis quoque vos egregie commendant. Etenim pro apostolico quo aucti sumus munere, eadem ac decessores Nostros Nos urget Christi caritas, non de iis tantum sollicita quos divina gratia Ecclesiae ac Nobis dedit filios, sed et de ceteris qui adhuc extra Ecclesiam alienique a Nobis sunt. Vos vero cavete ne unquam a vocatione vestra excidatis: imo vero inviolatam retinentes vestrae Congregationis disciplinam, sanctum Conditoris propositum ita persequimini, ut Deo, qui vos elegit ut essetis sancti, magis in dies placeatis.

Vota haec Nostra impleat apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem munerum testemque benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte Fili, sodalibus tuis, iis prae ceteris qui sacris Missionibus sunt addicti, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXI novembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A S. MARIA, OB DEVOTIONIS OBSEQUIUM BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Peraccepta Nobis scito fuisse tua tuorumque religiosorum sodalium vota: quum enim sunt Nobis grata observantiae argumenta quae a filiorum pietate proficiscuntur, tum ea sunt gratissima quae exhibentur a religiosis familiis, quas iure merito ferimus in oculis. At vero Congregationem Presbyterorum a sancta Maria non solum disciplinae sanctae vigor studiumque evangelicae perfectionis Nobis commendant, sed et peculiare quoddam opus, quod, a *bona morte* nuncupatum, eorum sollertia industriaque florere novimus lateque propagari. Iure admodum caritas vestra extremum illud vitae momentum, a quo pendet aeternitas, praecipua quadam cura complexa est, provideque sane in eos qui in eodem versantur opem advocatis Mariae Matris Perdolentis. Quid enim non iis sperandum, quibus, cum instat tempus ex hac vita migrandi, adest pientissima haec Mater? Faxit Deus ut quam latissime opus hoc diffundatur, utque Virginis patrocinio omnes eum teneant vitae cursum, quo mortem mereri sibi possint in conspectu Domini pretiosam.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae, tibi, dilecte Fili, tuisque sodalibus apostolica sit benedictio, quam singulis paterno animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIV novembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. D. ALOISIUM OSTER PRAESIDEM CONSILII ADMINISTRANDI OPERIS A SANCTA IESU INFANTIA NUNCUPATI IN GERMANIA SUPERIORE.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex officiosis litteris quas nuper reddidisti Nobis, perlibenter intelleximus praeclarissimum caritatis opus, cui a sancta Iesu Infantia nomen est inditum, adeo

apud catholicas Germaniae nationes profecisse, ut stipis sane conspicuae in universo catholico orbe anno proximo pro eodem opere corrogatae, partem prope dimidiam Germaniae pueri contulerint. Quod quidem et vehementer laetamur et iure merito gratulamur. Quum enim de tot miserorum infantium aeterna procuranda salute agatur, illud pulchrum iucundumque est ipsum intueri puerorum ordinem in ferendo indigentibus auxilio ceteros antecedere atque ita caritatem in alios usque ab ineunte aetate laudabiliter addiscere. Enixe vero vota suscipimus, ut opus, quod supra memoravimus, Dei providentia adeo sospitet ac tueatur, ut magis magisque floreat in diesque incrementum capiat. Quem in finem caelestium munerum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, nec non pueris, directoribus atque adiutoribus omnibus apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII mensis decembris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

ALLOCUTIO

HABITA DIE XXIV DECEMBRIS MDCCCCXIV AD COLLEGIUM PURPURATORUM PATRUM VOTA ATQUE OPTATA IN PERVIGILIO NATIVITATIS DOMINI OFFERENTIUM.

Di accogliere per la prima volta il sacro Collegio, ci offre oggi grata occasione la solennità Natalizia del Signor nostro Gesù Cristo, consecrata dalle consuetudini alla scambievole offerta di auguri e voti. Ed è con particolare soddisfazione che dalla autorevole parola fattasi eco fedele di quella dell'Emo Decano abbiamo ora appreso quali sentimenti accolga e quali voti formi per Noi il sacro Collegio: anzi tanto più ne godiamo, quanto più in alto tendono quei sentimenti e quei voti, che, sebbene rivolti alla Nostra Persona, sono novello omaggio all'invisibile Capo della Chiesa, da Noi immeritevolmente rappresentato, e mirano, sopra l'umile Nostra Persona, al bene della Chiesa universale, di cui nulla al mondo, neppure il sangue Nostro, potrebbe esserci più caro.

L'anno che or volge a così trepido tramonto è stato di grave lutto alla Chiesa. - Il Pontefice Pio X, nel quale Noi, e da vicino e da lontano, scorgemmo l'aureola di elettissimi pregi e che, strappato in tragica ora alla cristiana famiglia, rimpiangemmo con sincero cordoglio, Ci si svela

ora, per i rilievi che di giorno in giorno Ce ne presenta più dappresso la continuazione dell'Apostolico officio, tanto più grande quanto più assidua è stata in Lui la cura di celare le insigni virtù che ne adornavano l'anima eletta. L'immagine pertanto e la memoria di così santo Pontefice rendono in Noi più profondo il sentimento della Nostra immeritata successione. Ma Ci confortano le preghiere del mondo cattolico, cui Iddio, per il vantaggio della Chiesa, suole porgere benigno ascolto: e non poco altresì Ci confortano i filiali voti ed auguri che il sacro Collegio, quasi a sollievo del Padre comune, Ci ha ora espressi.

Tra questi voti, nessuno sembra nè più proprio del peculiare carattere insito alla festività Natalizia, nè più rispondente al bisogno che oggi stringe ogni cuore quanto, quello della pace. Questo augurio e questo voto Noi perciò accogliamo con particolare sollecitudine, spintivi dai luttuosi avvenimenti che da ben cinque mesi vanno vestendo gramaglie a tutto l'universo.

Purtroppo non piacque alla Divina Provvidenza che il Nostro Pontificato sortisse auspici giocondi: chè anzi, mentre si sarebbe voluto salutarlo con voci di letizia, l'avvento del nuovo Padre della cristiana famiglia in molte regioni fu salutato invece con strepito di armi e con fragori di battaglie. Ma a Noi, fin dagli inizi del Nostro Pontificato, non poteva sfuggire l'altezza della missione propria del Vicario di Colui che, nascendo, è stato foriero di pace alle umane genti; non potevamo dimenticare di essere venuti a continuare l'opera di Gesù Cristo, Principe della pace, descritto nei vaticinii come quegli ai cui giorni doveva finalmente spuntare il sole della giustizia e l'abbondanza della pace. Memori perciò della Nostra più che umana missione, Noi, sia in pubblico che in privato, nessuna via lasciammo intentata affinchè il consiglio, il volere, il bisogno della pace fossero bene accolti. Fu anche a questo scopo che Ci balenò alla mente il proposito di schiudere, in mezzo a queste tenebre di bellica morte, almeno un raggio, un solo raggio del divin sole della pace, ed alle nazioni contendenti pensammo di proporre, breve e determinata, una tregua natalizia, accarezzando la fiducia che, ove non potessimo dissipare il nero fantasma della guerra, Ci fosse dato almeno di apportare un balsamo alle ferite che essa infligge. Oh! la cara speranza che avevamo concepito di consolare tante madri e tante spose con la certezza che, nelle poche ore consacrate alla memoria del Divino Natale, non sarebbero i loro cari caduti sotto il piombo nemico: oh! la dolce illusione che Ci eravamo fatta di ridare al mondo almeno un assaggio di quella pacifica quiete che ignora omai da tanti mesi! - Purtroppo la Nostra cristiana iniziativa non fu coronata di felice successo. Ma non

per questo scoraggiati. Noi intendiamo di proseguire ogni sforzo per affrettare il termine della incomparabile sciagura, o per alleviarne almeno le tristi conseguenze.

Ci sembra che il Divino Spirito dica a Noi come già al Profeta: *Clama ne cesses. Clama ne cesses*, epperò Noi abbiamo perorato, non senza speranze di buon esito, per lo scambio dei prigionieri divenuti inabili ad ulteriore servizio militare. *Clama ne cesses*, epperò Noi abbiamo voluto che ai poveri prigionieri di guerra si accostino sacerdoti non ignari della loro lingua, i quali prestino ad essi quei conforti dei quali possano abbisognare, e insieme si offrano intermediari benevoli fra essi e le loro famiglie, forse angustiate ed afflitte per mancanza di notizie. *Clama ne cesses*, epperò diamo plauso ai sacri pastori e ai singoli individui che hanno determinato il promuovere o moltiplicare pubbliche e private preghiere per far dolce violenza al Cuore santissimo di Gesù onde ottenere che abbia termine il terribile flagello che ora stringe ed affanna una sì gran parte del mondo.

Deh! cadano al suolo le armi fratricide! cadano alfine queste armi, ormai troppo macchiate di sangue ... e le mani di coloro che han dovuto impugnarle tornino ai lavori dell'industria e del commercio, tornino alle opere della civiltà e della pace. Deh! sentano, oggi almeno, i reggitori ed i popoli l'angelica voce che annunzia il sovrumano dono del Re nascente, « il dono della pace », e mostrino anch'essi con opere di giustizia, di fede e di mitezza quella « buona volontà » che è posta da Dio condizione al godimento della pace.

Noi confidiamo fermamente, signori Cardinali, che questo voto col quale, più che con altro, godiamo corrispondere ai sentimenti a Noi espressi, troverà propizia la clemenza di Dio: non vogliamo però omettere di esortare quanti in quest'ora solenne Ci fanno cara corona ad insistere presso l'Altissimo con assidue preghiere per conseguire l'appagamento del Nostro voto.

Aggiungiamo poi un altro desideratissimo voto, e questo è per Lei, Emo Decano, e per tutti i membri del sacro Collegio che con la loro amata presenza Ci porgono ora immagine della immensa famiglia cattolica, stretta nelle ore liete e nelle tristi, intorno al suo Capo.

A Lei dunque ed ai signori Cardinali partecipi del Nostro governo, che tante ansie e tanto sollecito zelo domanda, auguriamo prospero il vivere e fecondo l'operare. Faccia il Signore che la solerzia, l'intelligenza ed il successo di quel provvido aiuto onde Ella ed i suoi Colleghi saranno per confortare il Nostro Pontificato rendano quanto prima l'umana famiglia, per affettuosa concordia e per beata tranquil-

lità, somigliante a quel mistico gregge che Cristo contemplò, quando a Pietro ed a Noi ne affidò la custodia.

Di tali grazie sia arra ed auspicio l'apostolica benedizione che a Lei ed ai Cardinali qui presenti, del pari che ai Vescovi, Prelati e a quanti - ecclesiastici o laici - Ci fanno ora corona, impartiamo con effusione di cuore.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(Sectio de Indulgentiis)

DECRETUM

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE SE PER QUANDAM ORATIONEM D. N. I. C. DEVOVENTIBUS.

Die 3 decembris 1914.

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut omnes et singuli fideles, qui se Iesu Christo pie vovent, simulque mortem in eiusdem amore obire peroptant, sequentem oratiunculam recitantes: « Iesu, tibi vivo - Iesu, tibi morior - Iesu, tuus sum ego in vita et in « morte. Amen », quoties id fecerint, Indulgentiam centum dierum, defunctis quoque adplicabilem, lucrari possint; qui vero id quotidie per integrum mensem peregerint, si confessi ac S. Communione refecti aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis preces fuderint, semel Indulgentiam plenariam, similiter adplicabilem, consequi valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. Card. Merry del Val, *Secretarius.*

L. ✠ S.

† Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECLARATIO

DE ELECTIONE VICARIORUM CAPITULARIUM IN QUIBUSDAM MEXICANIS DIOECESIBUS.

Cum in Mexicana republica, ob publicarum rerum subversionem, fere omnes Antistites locorum Ordinarii aut vi e suis dioecesibus expulsi, aut impediti quominus ad eas regrederentur, aut in carcerem detrusi, aut delitescere vel in finitimas regiones clam aufugere coacti fuerint, contigit ut nonnulla capitula cathedralia censuerint casum evenisse eligendi Vicarium Capitularem, et revera in aliqua dioecesi illum eligere praesumpserunt, iniuste proinde sublata Vicario generali Episcopi qualibet ordinaria potestate.

Quod cum tolerari omnino nequeat, S. Congregatio Consistorialis, de mandato Ssmi D. N. Benedicti PP. XV, declarat nullam esse in expositis adiunctis legitimam causam procedendi ad electionem Vicarii Capitularis, et si quae facta fuerit, eam irritam esse et nullius roboris; sartam e contra tectamque et integram subsistere Episcoporum auctoritatem quam ipsi, vel per Vicarium generalem vel per alium sacerdotem a se delegatum, exercere possunt ac debent; eamque ab omnibus fidelibus et imprimis a canonicis cathedralis ecclesiae rite et omnimode agnoscendam esse et observandam.

Die 6 decembris 1914.

✠ C. Card. De Lai, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. ✠ S.

Ioannes B. Rosa, *Substitutus.*

II

LITTERAE CIRCULARES

AD R.MOS ORDINARIOS DIOECESUM ITALIAE, DE SPIRITUALI EMIGRANTIUM CURA

Il dolore e le preoccupazioni pel tremendo flagello della guerra presente, che come immane sciagura pesa su tanta parte del mondo, non hanno distolto l'attenzione della S. Sede dalle sorti dell'emigrazione italiana, al cui miglioramento così nell'ordine spirituale come in quello dell'assistenza benefica, aveva già rivolto le sue paterne sollecitudini la s. m. di Pio X con vari provvedimenti, specialmente col Motu Proprio *Iam pridem* in data 19 marzo del corr. anno.

Con questo documento, accolto con tanto favore dal clero e dai cattolici non solo d'Italia, ma altresì dei paesi dove più copiosa si espande l'emigrazione italiana, il Sommo Pontefice, dopo aver riconosciuto le benemerenze delle famiglie religiose e delle varie istituzioni sorte in Italia ed all'estero per la cura spirituale e la tutela degli emigranti, annunziava la fondazione di un Collegio per la preparazione dei sacerdoti che intendono dedicarsi alla loro assistenza, disponendo che le somme raccolte mediante le collette solite a farsi dagli Ordinari d'Italia a favore degli emigranti, venissero inviate alla Sezione speciale istituita presso la S. C. Concistoriale, perchè le destinasse a vantaggio di questo Collegio e delle istituzioni sopra accennate.

Sinora però, a causa certamente dei dolorosi avvenimenti che si avvicendarono in questi ultimi tempi, le offerte pervenute all'Ufficio della S. C. Concistoriale sono ben lungi dal corrispondere alle speranze riposte nella generosità dei fedeli, consapevoli dell'importanza e gravità dei problemi che si connettono coll'emigrazione italiana. La quale, lungi dal diminuire, non potrà che aumentare quando, a Dio piacendo, finirà questa guerra, che chiude all'esodo delle masse operaie gli sbocchi dell'Europa, e cesseranno le crisi economiche, che ne risentono le due Americhe, dove vivono oltre quattro milioni di cittadini italiani.

Queste considerazioni hanno commosso il cuore del Santo Padre Benedetto XV, il quale, in conformità delle disposizioni date dalla s. m. del Suo Predecessore riguardo all'assistenza degli emigranti, desidera di veder quanto prima aperto il Collegio dei sacerdoti aspiranti alla loro cura spirituale, nella ferma fiducia che la carità dei fedeli, sollecitata dallo zelo dei Vescovi e del clero di tutte le diocesi d'Italia,

vorrà fornirgli i mezzi di mantenere non solo detto Collegio, ma di venir in aiuto alle principali istituzioni cattoliche che si propongono per fine la tutela dell'emigrante. Che anzi, avendo il suo glorioso Predecessore dato ai seminarî Romano e Pio l'uso d'un nuovo locale, eretto entro il recinto Lateranense presso la basilica del Ssmo Salvatore, ed essendo perciò rimasto libero il vecchio edificio nell'interno della città, con suo augusto *chirografo* ha disposto, in conformità anche della mente del defunto Pontefice, che in esso, dopo i necessari restauri, si stabilisca la sede del detto Collegio per gli emigranti.

A sopperire pertanto ai bisogni di questo Collegio e delle molteplici istituzioni che si sono prefisse di sovvenire gli emigranti italiani all'estero, sia in Europa sia oltre l'Oceano, e di curarne il bene religioso e morale in mezzo agli immensi pericoli fra cui vanno a trovarsi, questa sacra Congregazione, in esecuzione degli ordini del Sommo Pontefice:

1° Invita i Rmi Ordinari d'Italia a voler indire in tutte le parrocchie delle diocesi rispettive una colletta annua per le opere di assistenza degli emigranti italiani; fissando a tal fine una festa che si ritenga più indicata allo scopo, e che sia stabile. Vedranno i Rmi Ordinari, specialmente delle piccole e limitrofe diocesi, se fosse il caso di previamente intendersi per stabilire un giorno comune. In ogni modo cercheranno di illuminare i parrochi, e per mezzo loro i fedeli, della grande necessità dell'assistenza spirituale dei loro fratelli emigranti in paesi lontani, di altra lingua, di altri costumi, mancanti spesso di congrua assistenza religiosa, fra popolazioni non cattoliche, esposti alla seduzione che lo spirito delle tenebre per mezzo di libri, giornali, uomini e cose sa cumulare, a danno specialmente di persone semplici ed inesperte.

L'importo delle somme raccolte dev'essere sollecitamente spedito alla S. Congregazione Concistoriale.

2° Si pregano i medesimi Rmi Ordinari a voler trasmettere alla *Sezione Emigranti* di questa S. Congregazione i nomi dei sacerdoti disposti ad esercitare il sacro ministero fra i loro connazionali emigrati, aggiungendo le note della pietà e dello studio che li dimostrano idonei a tale missione.

3° Siccome poi il Consiglio direttivo della Società dei Missionari di emigrazione di sant'Antonio di Padova, di cui è attuale direttore Mons. Coccolo, ed il cui fine specifico è di assistere nella traversata del mare gli emigranti oltre l'Oceano, ha fatto domanda per conservare il privilegio di raccogliere offerte per suo conto in conformità della circo-

lare del Segretario di Stato 25 gennaio 1908; si dichiara che i Rmi Ordinari potranno trasmettere al detto Consiglio le offerte speciali a quell'opera destinate, rimanendo le offerte, di cui al n. 1°, a beneficio di tutte le altre opere.

Il grande interessamento col quale l'Episcopato italiano ha seguito sempre lo svolgersi del fenomeno emigratorio, n'è arra sicura del favore col quale essi vorranno accogliere e rendere efficace questo appello rivolto ai fedeli d'Italia a nome del S. Padre, che a quanti vi risponderanno impartisce di cuore l'apostolica benedizione.

Roma, 6 dicembre 1914.

✠ G. Card. De Lai, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

29 octobris 1914. — Cathedrali ecclesiae Saltensi in republica Argentina praefecit R. P. D. Iosephum Gregorium Romero, hactenus episcopum titularem Thermensem et vicarium capitularem dioecesis Saltensis.

31 octobris. — Cathedrali ecclesiae Conimbricensi sac. Emmanuelem Aloisium Coelho da Silva, decanum ecclesiae cathedralis Portugallensis.

7 novembris. — Titulari ecclesiae episcopali Jonopolitanae R. P. D. Iosephum Ioannem Fox, hactenus episcopum Sinus Viridis.

16 novembris. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Hierapolitanae R. P. D. Angelum Mariam Dolci, hactenus archiepiscopum Amalphitanum.

— Cathedrali ecclesiae Cajazeirasensi in Brasilia sac. Moysen Coelho, canonicum Parahybensem.

4 decembris. — Cathedrali ecclesiae Caiacensi seu Calatinensi R. P. D. Aloisium Ermini, hactenus episcopum titularem Hamathensem et auxiliarium Portuensem et S. Rufinae.

5 decembris. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Colossensi Rmum D. Ioannem Mariam Zonghi, praesidem Academiae Nobilium ecclesiasticorum in Urbe.

5 decembris 1914. — Titulari episcopali ecclesiae Abilensi sac. Dionysium Nyaradi, administratorem apostolicum dioec. Crisiensis Ruthenorum.

10 decembris. — Titulari episcopali ecclesiae Thapsensi R. P. D. Valentinum Garcia et Barros, iam episcopum Palentinum.

— Titulari episcopali ecclesiae Thennesensi sac. Carolum Echenique, canonicum cathedralis ecclesiae Cordubensis in America, quem constituit Auxiliarem Tucumanensem.

19 decembris. — Cathedrali ecclesiae Bergomensi R. P. D. Aloisium Mariam Marelli, hactenus episcopum Bobiensem.

— Cathedrali ecclesiae Cremonensi R. P. D. Ioannem Cazzani, hactenus episcopum Caesenatensem.

21 decembris. — Cathedrali ecclesiae Bobiensi sac. Petrum Calchi-Novati, parochum loci vulgo *Saronno* in dioecesi Mediolanensi.

— Cathedrali ecclesiae Bisarchiensi R. P. Petrum Benedetti, procuratorem generalem missionariorum Ssmi Cordis Iesu.

22 decembris. — Cathedrali ecclesiae Derthonensi sac. Simonem Petrum Grassi, parochum loci vulgo *Verdello* in dioecesi Bergomensi.

— Cathedralibus ecclesiis Ampuriensi et Templensi R. P. Ioannem Mariam Sanna, provincialem Minorum Conventualium in Sardinia.

S. CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *X.*

REFECTIONIS DAMNORUM

14 martii 1914

Anno 1901, in civitate *X*, quando notitia iam perferebatur bona cuiusdam Alexii, negotiorum publici gestoris, cuius opera etiam Capitulum Cathedrale utebatur, proscriptum iri, institutis per capitulares congruis inquisitionibus, compertum est ex arca Seminarii, in qua asservabantur, ablatas per eum fuisse schedulas seu syngraphas crediti publici ad Capitulum pertinentes, in summa nominali 30,000 libellarum. Huius rei causam a canonico Iacobo, qui et Seminarii rector erat, repetendam complures e canonicis existimabant. Nam hic, ut fateri debuit, iampridem, anno nempe 1897, eidem Alexio - Episcopo probante - tradiderat praefatas syngraphas, ut easdem commutaret, prout lege conversionis iussum fuerat, in novos titulos; exinde vero ab Alexio nonnisi

fructus seu reditus, quoties percipiendi erat, receperat, syngraphas autem ipsas denuo habere non valuit.

De passa amissione diuturnae gravesque contentiones in Capitulo fuerunt; interim vero canonicus Iacobus, strenue apud Alexium insistens, diversis temporibus, recuperare valuit circiter 11,000 libellarum summam; sed quoad reliqua 19,000 nihil potuit. Quum igitur quaestio num canonico Iacobo - cui, utpote Seminarii rectori, schedulae ablatae concreditae fuerant - onus incumberet reliquam summam redintegrandi, gravior in dies inter canonicos efficeretur, nec defuisset qui illam ad civilia tribunalia deferre minitaretur, canonicus Iacobus, ita suadente Episcopo, anno 1903 aequalem amissae summam de suis bonis in Capituli arcam contulit.

Hac summa accepta, Capitulum omnino adquievit, immo ex ea fructus percipere non dubitavit, quamvis Iacobus ageret et instaret - incassum tamen - ut declararetur se ad nihil teneri; quamobrem anno 1907 ipse Iacobus, qui iam in diebus suis processerat, patrimonio familiari etiam consulere volens, a Capitulo repetendam censuit summam praefatam libellarum 19,000, quam titulo seu specie ***depositi, donec de sua ipsius culpabilitate constitisset***, in arcam se contulisse asserebat. Lis igitur in Capitulo iterum exarsit, contendentibus cum Iacobo nonnullis, eum immunem a culpa iudicari debere, aliis vero in illum amissae pecuniae causam refundentibus, atque ideo Capitulo summam praefatam titulo ***restitutionis*** acquisitam autumantibus. Quae lis quum componi non posset, delata fuit ad hanc S. Congregationem Concilii, ut haec iudicaret in quem vel in quos iacturae culpa refundenda esset. Ad hunc effectum Episcopus suis litteris haec praeterea de casu enarravit: Anno circiter 1871 quaecumque pecuniariae syngraphae ad Capitulum spectarent, custodiebantur in arca Seminarii, in cuius aedibus etiam dioecesana officia sedem habebant. Custodia autem tribus canonicis concredita erat, inter quos Iacobus; sed quum anno 1891 ceteri duo canonici ad custodiam deputati iam decessissent, ***nulli curae fuit ut alii sufficerentur in locum ipsorum:*** quapropter ab eo anno pecuniae gestio omnino in arbitrio fuit Iacobi, qui ad rem, Alexii opera, cui non modo ipse, sed etiam Episcopus compluresque alii prudentes viri non parum fidebant, utebatur. et quidem adeo ut saepissime Alexius, nemine adstante, unus arcam aperiret clauderetque, ad ea quae sibi circa pecuniam commisisset Iacobus exsequenda. Neque absimiliter actum quum syngrapharum commutandarum necessitas fuit; tunc quoque unus Alexius schedulas publicas ad valorem 30,000 lib. de quibus agitur, ex arca, nemine adstante, detraxit, ***et simul cum iis alias 80,000 libellarum schedulas ad bona Seminarii pertinentes:*** nec ulla fuit sive Iacobo, sive alii e canonicis cura. Alexium

comitari ut de visu certiores efficeretur de fideli transmissione et receptione schedularum, *nomine Capituli aut Seminarii peracta.*

Haec tamen dum exponebat Episcopus, plurimis in favorem canonici Iacobi perorabat, non modo afferens quae generatim eius commendabant solertiam in bonum Seminarii et dioecesis impensam; sed, pressius ad causam quod attinet, repraesentans iacturam a Capitulo et Seminario factam haud irreparabilem videri. Ac primum de 80,000 libellarum nominali summa Seminario subducta agens, praeterquamquod, prout Iacobus asseverabat Episcopo confirmante, « hi tituli fuerant coa-« cervati magna ex parte cura et industria Iacobi, et habendi sunt ut « oeconomiae, unde fit ut absque eorum reditibus etiam nunc occurri « possit necessitatibus tum alumnorum, tum magistrorum », re ipsa ex hisce Alexius duodecim millia restituerat, et pro reliqua summa hypothecariae in favorem Seminarii inscriptioni subiecerat quamdam officinam electricam, e proscriptione bonorum, nescio quo pacto, subductam. Quamobrem nulla tunc temporis de hac pecunia ad Seminarium spectante quaestio movebatur. Quod vero 19,000 libellarum summam Capitulo subductam attinebat, iactura non ea dicebatur esse quae ferri non potuisset, quia nonnisi reditus Capituli industria et parcimonia ex quadam summa capitali seu sorte cumulatos afficiebat, quae ipsa sors incolumis perseverabat.

Hisce acceptis sacra Congregatio, die 2 martii 1907, rescribendum censuit: *Omnibus perpensis, culpam perpetrati furti primario refundi in Decanum* (hanc enim dignitatem tunc obtinebat Iacobus), *secundario in Capitulum Cathedrale.*

Hoc rescripto obtento, canonicus Iacobus, qui interea, defuncto Episcopo, vicarius capitularis fuerat renunciatus, supplicavit Ssmo « veniam « ex gratia speciali humiliter implorans, tam pro Decano, quam pro « ceteris Capitularibus », ut nempe, condonatione facta, sibi liceret summam undeviginti millium libellarum in Capituli arca depositam, recipere. Verum S. Congregatio expectandum censuit novum Episcopum a quo suo tempore opportunas informationes exquisivit. Hisce autem acceptis, quae rerum statum non immutabant, proposito in plenariis Emorum Patrum comitiis, die 11 iunii 1910 habitis, dubio: *An et a quibus Capitulo inlata damna reficienda sint in casu,* S. Congregatio Concilii, respondendum censuit: *Attentis omnibus, canonicum Iacobum admittendum esse ad compositionem, soluta ab eo dimidia parte summae ablatae.*

Paulo antequam haec resolutio prodiret, canonicus Iacobus diem supremum obierat; ideo nomine quoque coheredum, nepos eius, canonicus Aurelianus, de exsecutione sententiae cum Capitulo egit. Res autem

pacifice non processit; nam episcopus, hac ductus ratione, quod S. Congregatio integram summam culpa unius Iacobi amissam reputasset et condonatio facta ex gratia, ne in praeiudicium tertii, nempe Capituli, vergeret, strictissimam sententiae interpretationem suaderet, haec suo decreto exsecutoriali statuit: a canonico Iacobo deberi Capitulo in primis medietatem summae *ablatae*, videlicet 15,000 libellarum (ablata enim fuere 30,000), nulla nempe habita ratione 11,000 libellarum quae recuperatae fuerunt; ac praeterea fructus omnes summae 30,000 libellarum usque ad diem sententiae S. C. C., itemque fructus 15,000 libellarum a praefata die usque ad diem exsecutionis, quae fuit 9 septembris 1912; adeo ut ex 19,000 libellarum summa a defuncto canonico Iacobo tradita Capitulo, nonnisi 600 fere libellae heredibus restituendae forent. Adversus hoc exsecutionis decretum recursum interposuit ad S. C. C. canonicus Aurelianus, nepos et heres Iacobi, petens declarari sensum verborum *summae ablatae*, ac decerni num et qui fructus essent in casu computandi.

Verum huius litis occasione, quum novus episcopus totam gestionem defuncti canonici Iacobi ad examen revocari iussisset, praesertim Seminarium quod spectaret, haud omnia veritati congruere comperta sunt, quae antea Iacobus retulerat ad tegendum longe gravius damnum, quod Seminario illatum fuerat, subductione, uti dictum est, syngrapharum publici crediti 80,000 libellarum, simul cum 30,000 ad Capitulum spectantibus, per gestorem Alexium perpetrata. Neutiquam enim haec ingens summa « fuerat coacervata industria Iacobi », sed immo, iam in regestis oeconomiae ante quam hic rectionem Seminarii susciperet, consignata erat in tota sua vi et quantitate; nequidquam inscriptio hypothecaria super officina electrica Alexii hanc iacturam sarciebat, quippe cuius proprietas erat omnino litigiosa, et iam ad eum adducta (officina) statum, quo nonnisi perexiguae aestimationis capax censebatur; ac praeterea, dum Capitulo syngrapharum ablatarum fructus in parte saltem persoluti fuerant, Seminario inde ab anno 1898 omnes intercepti apparent, ideoque iacturae sortis etiam iactura circ. 30,000 libellarum ex fructibus deperditis addenda erat. Hinc novus episcopus enixe efflagitabat ut vetus quaestio de culpabilitate canonici Iacobi iterum examini subiiceretur, et, quatenus de ea plene constaret, integra illius hereditas Seminario adiudicaretur: sane haec hereditas, quam nepotes nonnisi cum inventarii beneficio adiverant, longe minorem summam liquidam efficiebat, quam quae Seminario ex deductis sarcienda esset. Ad quem effectum etiam referebat Episcopus, decessorem suum, per testamentum heredem instituisse praefatum canonicum Iacobum, qui ex hac hereditate circ. 20,000 libellarum summam retulerat. Quum vero de damno Semi-

nario illato respondere debuisset etiam decessor, manifestum est ipsum non potuisse donare, nec per actus inter vivos, nec etiam mortis causa, quod Seminario debebat, et proinde suum non erat. Quamobrem hereditas universa canonici Iacobi veluti duplici titulo adiudicanda videbatur Seminario, tum ex persona Iacobi, tum ex persona Episcopi decessoris.

Res igitur in S. Congregatione Concilii iterum pertractata est. Ex parte quidem Capituli animadvertebatur Iacobum manifesto defecisse a diligentia boni patrisfamilias in administrandis tum Capituli, tum Seminarii bonis, atque ex hoc diligentiae defectu omnem utriusque iacturae causam corrivasse; culpamque etiam augeri ex noviter deductis quibus constabat ab a. 1897 ad a. 1901 Iacobum omnem lapidem admovisse, ut inlata damna celaret a Capitulo, quod igitur rei consulere, prout fortasse valebat, minime potuit.

Ex adverso autem respondebatur, non modo de iactura quam Capitulum dolebat, sed etiam de damno, et quidem multo maioris momenti, quod passum est Seminarium, culpam in Capitulum quoque recidere. Ex lege enim Tridentina (Sess. XXIII, cap. 18 *de Ref.*) Capitulum tenebatur eligere duos deputatos, quibus praesentibus rationes redituum Seminarii singulis annis accipiendae sunt, quod quidem, si qua par erat diligentia peractum fuisset, negotiorum gestor Alexius profecto non potuisset tam grave detrimentum Seminario inferre. At vero, ut ex praemissis apparet, Capitulum iam ab a. 1891 valde negligens fuit in eligendis huiusmodi deputatis, adeoque graviter culpabile in hac re se reddidit.

Nec quid in contrarium facere asserebatur, utpote non rectum, principium, cui veluti fundamento innixus est novus episcopus in exsequenda, seu interpretanda, decisione S. C. C.: quod videlicet S. Congregatio, dum decernebat canonicum Iacobum ad compositionem esse admittendum, hoc ipso integram summam culpa *unius* Iacobi amissam reputasset, « quia compositio tunc tantummodo locum habet, quum restitu- « tionis obligatio certa est ». Etenim, misso quod ad compositionem Ecclesia numquam admittit, nisi aut res sit dubia, aut saltem adsit rationabilis causa, uti patet ex Constitutione Innocentii XII quam refert et exponit Benedictus XIV, *De Syn. Dioec.*, lib. XIII, cap. ult., n. 15; in casibus nostro similibus, quando nempe intercedit ius tertii (Capituli), compositio est species quaedam transactionis, quae non cadit nisi in rem dubiam: definiri enim solet « contractus, quo lis dubia privati iuris « componitur, aliquo invicem dato, aut retento aut promisso » (Cardinalis D'Annibale, *Summula*, vol. II, n. 585, d. II). In casu autem S. C. iam explicite declaraverat culpam perpetrati furti refundi etiam debere in Capitulum Cathedrale tamquam in correum secundarium.

Fructus vero quod attinet, arguebatur eos nec Episcopum nec Capitulum repetere potuisse: primum, quia, quum S. Congregatio, rescripto diei 11 iunii 1910, edixisset canonicum Iacobum admittendum esse ad compositionem, soluta ab eo dimidia parte summae ablatae, nullamque fecisset mentionem de fructibus, censendum erat eamdem S. Congregationem noluisse obligare praedictum canonicum etiam ad fructus seu reditus solvendos. Secundo, quia summa undeviginti millium libellarum a canonico Iacobo anno 1903 minime tradita fuit seu deposita in arca Capituli, titulo restitutionis, ut Capitulum contendit, sed tantum *ut pignus*. Videlicet canonicus, ad sedandos clamores et ad vitanda scandala quae minitabatur Capitulum, declaravit se esse paratum ad reparanda damna, *si et prout de iure*; et ad ostendendam animi sui sinceritatem et promptitudinem, ad cautionem dandam pro quocumque futuro eventu, tradidit uti pignus maximam summam ad quam teneri vel obligari poterat, idest summam aequalem ablatae; sed statim coepit agere ut declararetur se ad nihilum teneri.

Ex summa autem in pignus accepta tantummodo consequebatur favore Capituli praelatio iuris, seu privilegium, quo ipsi, prae ceteris creditoribus, ex ea summa nunc satisfieret: non tamen ultra illud, ad quod sententia S. C. C. idem canonicus Iacobus titulo compositionis obligabatur, hoc est non ultra summam libellarum 9500, quae dimidium rei ablatae seu amissae a Capitulo (libel. 19,000), repraesentat.

Porro, proposita causa in plenario coetu diei 14 martii 1914, ad quaestiones:

I. *An et quomodo sustineri possit decretum exsequutoriale datum ab Episcopo in casu;*

II. *An et qualis pars bonorum hereditatis Iacobi tribui debeat Seminario in casu,*

Emi Patres responderunt:

Ad I et II *Ad mentem.* Mens est: « Attento quod etiam Capitulum « non immune sit a culpa de damno Seminario illato, nihil aliud ei « deberi nisi summam libellarum novem millium quingentarum absque « fructibus seu reditibus. Cetera quae supersunt ex hereditate canonici « Iacobi tribuenda sunt Seminario. Conceduntur tamen Ordinario facul- « tates rem componendi prout magis in Domino expedire iudicaverit, « circa fructus a Capitulo iam perceptos e summa libellarum undevi- « ginti millium a canonico Iacobo in pignus tradita, et circa obligationes « heredum eiusdem canonici ».

O. Giorgi, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

PAROCHI URBIS ROCHETTI ET PALMATORIAE PRIVILEGIO ORNANTUR

Quo clarus parochorum coetus Urbis eiusque districtus a ceteris inferioribus similisve gradus collegiis et ab aliis ecclesiarum rectoribus seu praepositis, curam animarum non habentibus, aliquo exteriori ac nobiliori signo distinguatur, etiam ob varia sacri ministerii munia, satis ardua, cum multiplici fidelium exemplo ac spirituali bono pie recteque peracta et peragenda, sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, in auspicatissimo Romani sui Pontificatus exordio, peculiare suae paternae benevolentiae atque pastoralis sollicitudinis pignus ac testimonium ostendere statuit sacerdotibus sibi benevisis, animarum curatoribus inter dilectos suos filios, ex singulari Dei beneficio, Romae commorantes et beatissimi Petri Cathedrae ac sanctae Apostolicae Sedi propinquiores. Quapropter eundem parochorum coetum speciali honoris ac dignitatis signo ac privilegio, sua benignitate ita decorare dignatus est, ut omnes et singuli parochi pro tempore, utriusque cleri tam saecularis quam regularis, almae Urbis eiusque districtus rochettum induere et palmatoria uti valeant in sacris functionibus intra fines propriae paroeciae in quibuslibet ecclesiis et oratoriis, nunquam tamen in basilicis patriarchalibus neque in ecclesiis filialibus, praesente Capitulo patriarchalis basilicae matricis; servatis de cetero Rubricis ac decretis. Idem sanctissimus Dominus noster insuper voluit atque mandavit, ut super enunciato duplici insigni et privilegio praesens edatur decretum valiturum in perpetuum absque ulla Brevis Apostolici expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis.

Die 11 novembris 1914.

SCIPIO CARD. TECCHI, *S. R. C. Pro-Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II

SAGIEN.

DUBIA

Hodiernus Episcopus Sagien. a sacra Rituum Congregatione humillime postulavit sequentem dubiorum solutionem; nempe:

I. Utrum, quando ob occursum festi Duplicis I classis, officium alicuius Summi Pontificis vel Doctoris Ecclesiae perpetuo vel etiam accidentaliter simplificatur ita ut tantum in Laudibus commemoratio fiat de eo, usurpandae sint pro hac commemoratione Antiphonae magis propriae de secundis Vesperis *Dum esset* vel *O Doctor*, an potius Antiphona communior *Euge, serve bone?*

II. Utrum deinceps omittendae sint, tum commemoratio Omnium Ss. Apostolorum in officio Ss. Petri et Pauli (29 iun.), tum commemoratio Omnium Ss. Martyrum in officio S. Stephani Protomartyris (26 dec.) quum in novo Kalendario proprio dioecesis Sagiensis non fiat mentio harum commemorationum?

III. Utrum in Officio Dominicae anticipatae ad horas minores adhibenda sint capitula et responsoria Dominicae?

IV. Utrum omnia *Initia* Epistolarum S. Pauli debeant quotannis recitari, etiam quando prorsus omittuntur, ante Septuagesimam, officia Dominicarum IV, V et VI post Epiphaniam?

V. Utrum, in Missa feriali quae coram Ssmo Sacramento celebratur, debeat omitti Oratio *Fidelium*, etiam quando a Rubrica praescribitur in Feria secunda vel in prima die libera mensis?

VI. Utrum, in festo Omnium Ss. Episcoporum et aliorum Sanctorum dioecesis Sagiensis, color paramentorum sacrorum debeat esse *Albus* an potius *Rubeus* quia aliqui horum Sanctorum sunt Martyres?

VII. Utrum uti liceat novis Officiis communibus plurium Confessorum Pontificum et non Pontificum, et plurium Virginum et non Virginum, non tantum in festis particularibus, sed etiam in festis Ecclesiae universalis, nempe Ss. Cyrilli et Methodii, Ss. Septem Fundatorum Ordinis Serv. B. M. V. et Ss. Perpetuae et Felicitatis?

Et sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam, iuxta editionem typicam Breviarii Romani.

Ad II. Standum Kalendario approbato.

Ad III. Provisum in Rubricis novissimis Breviarii Romani.

Ad IV. Negative iuxta Rubricas.

Ad V. Negative.

Ad VI. Servetur in casu consuetudo.

Ad VII. Negative, etiam attentis decretis 22 maii et 7 augusti 1914, ad III.

Atque ita rescripsit. Die 11 decembris 1914.

SCIPIO CARD. TECCHI, *Pro-Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO
PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

DE CURA CAPTIVORUM A CLERO HABENDA

Ex audientia Ssmi, die 21 decembris 1914

Ssmus D. N. Benedictus divina providentia Papa XV, cum vehementer doleret et angustias, quibus misere afficerentur innumerabiles homines teterrimo hoc bello capti, et anxietates, quibus eorumdem familiae idcirco premerentur quod diu penitus de suis ignorarent, Secum animo reputavit quo pacto posset utrisque pro facultate solacium auxiliumque afferre. Itaque me referente infra scripto Secretario S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis curandis, ea quae sequuntur decrevit, spe fretus futurum, ut cum episcopi et clerus sancte religioseque mandata exsequantur, tum nationum rectores velint incepto huic, humanitate et christiana caritate in primis digno, pro viribus obsecundare.

I. Ordinarii dioecesum ubi captivi versantur, quam primum sacerdotes eligant, ut curam captivorum gerant, unum aut pro necessitate plures, eorum linguae satis peritos; quos, si nullos habeant intra dioecesis suae fines, ab aliis Ordinariis mutuentur. Hi vero libenter idoneos suppeditent.

II. Sacerdotes ad id munus electi nihil reliqui faciant quod ad captivorum utilitatem, tum animi, tum vitae corporisque, pertineat: consolentur, assideant, a necessitatibus variis - iisque interdum acerbissimis - allevent.

III. Exquirant praesertim et percontentur, utrum litteris, an alio modo, captivi familias de se certiores fecerint. Quod, si negaverint se fecisse, suadeant ut saltem apertas chartulas tabellarias (vulgo *cartes postales, Postkarten, Post cards, Počtovyja kartočki* [Почтовыя каршочки]) statim mittant, quibus suos de propria valetudine doceant.

IV. Verum, si captivi, aut imperitia scribendi, aut ex morbo vel accepto vulnere, aut quavis alia de causa, ab simili litterarum commercio prohibeantur, sua ipsi manu delecti sacerdotes, eorum vice ac nomine, caritate permoti, scribant, et diligenter studeant, ut epistulae eo tute perveniant quo destinantur.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

Quod Decretum ad aliquos Emos et Rmos Dños Cardinales Archiepiscopos singularum nationum ab Emo et Rmo Dño Cardinali a Secretis Status transmissum, sequens comitabatur

EPISTOLA

Eminenza Reverendissima,

L'augusto Pontefice Benedetto XV, grandemente addolorato per i mali che apporta ovunque l'immane guerra attuale, si è benignamente degnato di portare nuovamente la Sua benevola ed affettuosa attenzione sui prigionieri di guerra; e, nella Sua paterna carità, per provvedere in qualche modo al loro benessere spirituale e corporale, ha emanato in data di ieri, per mezzo della sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, un Decreto, del quale mi reco a premura di trasmettere a Vostra Eminenza Revma alcune copie.

Vostra Eminenza, assecondando il desiderio del Santo Padre, si compiaccia di far giungere una copia di tale Decreto a tutti e singoli i Vescovi di cotesta Nazione, che abbiano prigionieri di guerra nel territorio di loro giurisdizione, affinchè vogliano curare con la massima sollecitudine la fedele esecuzione del medesimo.

Credo superfluo aggiungere che, quando nel Decreto si parla di prigionieri, Sua Santità intende che non si faccia distinzione nè di religione, nè di nazione, nè di lingua; ma, se l'Eminenza Vostra lo credesse opportuno, voglia, nel trasmetterlo, dichiarare ai singoli Vescovi l'intenzione del Santo Padre, affinchè l'azione benefica dei sacerdoti indicati nel Decreto abbracci tutti gli sventurati prigionieri con la stessa estensione della carità di Gesù Cristo.

Baciandole umilissimamente le mani, passo al piacere di raffermarmi con sensi di profonda venerazione

Dell'Eminenza Vostra Revma,

Dal Vaticano, li 22 dicembre 1914.

Umo e Devmo Servitor vero
P. Card. Gasparri.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

DE CAPPELLANIS MILITUM QUOAD FACULTATEM AD EXCIPIENDAS SACRAMENTALES FIDELIUM CONFESSIONES, DURANTE BELLO.

Sacra Poenitentiaria, providere cupiens saluti animarum, de speciali et expressa Apostolica auctoritate, benigne sic annuente sanctissimo Domino nostro Benedicto PP. XV, statuit ea quae sequuntur:

« Cappellani militum, dum exercitum comitantur, possunt, durante « bello, excipere confessiones sacramentales quorumcunque fidelium ad « se accedentium et in eorum favorem uti facultatibus omnibus sibi « pro foro conscientiae concreditis. Eadem pollent potestate praedicti « cappellani militum in captivitate forte detenti in favorem omnium « concaptivorum. Contrariis quibuscumque non obstantibus ».

Datum Romae in sacra Poenitentiaria, die 18 decembris 1914.

Seraphinus Card. Vannutelli, *Poen. Maior.*

L. ✠ S.

Iosephus Palica, *S. P. Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

VERULANA

IURISPATRONATUS

Super quaestione incidentali

Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 8 iulii 1914, RR. PP. DD. I. Mori*, Ponens, *F. Cattani, et A. Perathoner in causa* Verulana - Iurispatronatus, *super quaestione incidentali, inter parochum S. Leucii civitatis Verulanae* Iosephum Quattrociocchi *actorem repraesentatum per legitimum procuratorem ex officio, advocatum Antonium Melevirdis, et fratres* Vincentium *et* Alphonsum Caperna *appellantes a sententia curiae interlocutoria, qui procuratorem constituere refragati sunt, sequentem tulerunt sententiam.

Ecclesiae paroeciali S. Leucii in civitate Verulana adnexa exstat antiqua capella dicata B. Mariae Virgini, a Refugio nuncupatae: haec capella praeter oblationes fidelium duobus censibus fuit ditata; uno, anno 1854, a quadam pia femina Vincentia Giovannetti, alio a pio viro Dominico Viglianti. Hi duo census, ut ex tabulis constitutionis eorumdem apparet, solvi debebant abbati parocho pro tempore praefatae ecclesiae S. Leucii: quoad primum ita inibi disponitur: « Vincenza Gio-« vannetti, imponeva un censo in sorte di scudi 208 e bajocchi 6, sopra « una casa a favore della cappella della Madonna Ssma del Refugio esi-« stente nella chiesa di S. Leucio in Veroli ... e si obbligava per sè e « suoi di pagare qui in Veroli l'annuo censo di scudi 16 e bajocchi 64 « nelle mani del sudd. Francesco Palma suo marito, sua vita naturale « durante e dopo di esso all'abate pro tempore della chiesa di S. Leu-« cio »: item quoad secundum censum habetur quod anno 1864 die 7 iulii Dominicus Viglianti instituebat favore praelaudatae capellae « un « censo annuo di romani scudi tre, pari a lire 16 et cent. 12 » statuens, « che detto annuo censo debba pagarsi e corrispondere qui in Veroli « nelle mani dell'abate pro tempore della chiesa censualista ».

Capellae administrationem et clavem sicuti censuum praefatorum fructus obtinuerunt parochi abbates S. Leucii. Die 6 iulii 1908 supre-

mum diem obiit eiusdem paroeciae rector Leonidas Mizzoni: defuncto parocho, capellae clavis in manus sacerdotis Vincentii Caperna pervenit, qui eam parocho successori Ioanni Tarquini restituere renuit, asserens sibi eam spectare uti memoratae capellae patrono et coheredi avi sui Francisci Mizzoni, qui eam paroeciam in antecessum rexerat.

Perdurante oppositione et in irritum cessis omnibus tentaminibus ex parte novi parochi Tarquini pro obtinenda clavis restitutione, hic die 24 ianuarii 1911 vadatus est sacerdotem Caperna coram curia episcopali, petens declarari « infondato e nullo il dritto di patronato che « il Caperna vanta sulla cappella, e quindi redintegrare il parroco di « S. Leucio in ogni suo diritto sulla medesima ».

Interea incoepto iudicio, cum conventus Caperna petiisset se absolvi ab actione, quia capellae clavem et omne ius in capellam per cessionem iam transtulerat in suum fratrem Alphonsum utpote in maiori parte coheredem avi sui Francisci Mizzoni, actor Tarquini iterum per novum datum libellum institit coram iudice ut Vincentius Caperna, utpote spoliator possessionis, in damnum paroeciae vacantis, per usurpationem clavis capellae, obligaretur ad standum in iudicio et damnaretur ad restitutionem clavis in manibus actoris.

Iudex vero, audito reo convento super nova petitione actoris die 7 aprilis 1911, protulit interlocutoriam sententiam, cuius pars dispositiva est prout sequitur: « Facciamo obbligo al molto rev. abbate D. Vincenzo « Caperna fu Bernardino, convenuto, di rispondere in giudizio e rima- « nere fino alla sentenza definitiva della presente causa ed indipenden- « temente da qualsiasi diritto di patronato od altro che possa essere « vantato da chiunque, per rispondere principalmente dell'atto da lui e « non da altri compiuto, col prendere, *non servato iuris ordine,* la chiave « della cappella in discussione durante la vacanza della parrocchia, e « per addurre tutte le ragioni o documenti che credesse militare in suo « favore dentro lo spazio di giorni 17 ».

Contra latam sententiam appellationem interposuerunt sacerdos Vincentius Caperna eiusque frater Alphonsus; hic postremus interveniendo in causam. Interim, cum die 23 aprilis eiusdem anni actor Tarquini possessionem iniisset canonicatus theologalis in Cathedrali Verulana, causae prosecutio suspensa mansit usque ad adventum novi parochi, quae suspensio vel dilatio, praehabito voto promotoris justitiae, decreta fuit rescripto diei 23 iunii 1911. Nominato a curia novo parocho in persona Iosephi Quattrociocchi, hic ad prosequendam litem primum sollicitus fuit petere gratuitum patrocinium, quod ei benigne concessum fuit, non obstante oppositione unius ex appellantibus

nempe Alphonsi Caperna. Hinc fratres Caperna citati sunt ad dubiorum concordationem.

Verum cum hi coram H. S. Tribunali comparere renuerint, in eorum contumaciam per appositum decretum declaratam, ex instantia deputati defensoris ex officio pro actore Iosepho Quattrociocchi, sequentia statuta sunt disceptanda dubia:

I. *An sacerdos Vincentius et Alphonsus Caperna cogi possint ad standum in iudicio.*

II. *An parochus S. Leucii redintegrandus sit in possessionem clavis capellae S. Mariae Virginis a Refugio, a Vincentio Caperna arreptae et nunc retentae ab eius fratre Alphonso in casu.*

In iure. - Actio spolii in judiciis est odiosa; unde regula « spoliatus « ante omnia est restituendus, neque spoliatori prodest exceptio pro- « prietatis ». - « Adeo verum est », ait Reiffenstuel, *Ius. Can.*, lib. 2, tit. 13, n. 48, « quod spoliatus ante omnia sit restituendus, ut regulariter non « obstet exceptio proprietatis, cap, 1 et 5, h. l. Ac proinde spoliator non « audiatur ante factam spolii restitutionem, licet opponat rei ablatae « proprietatem ad se pertinere, seque offerat ad hanc illico probandam; « nisi actor seu spoliatus ultro in hoc consentiat. Sed actore non sic « consentiente restitutio spolii regulariter ante omnia fieri debet, ita « tamen ut causa proprietatis omnino integra servetur, et spoliator « post factam restitutionem libere possit ingredi iudicium petitorium « super proprietate rei ».

Actio spolii introducta contra spoliatorem in iure romano a praetore per interdictum *Unde vi* erat personalis et dabatur tantum contra spoliatorem. Verum ex iure canonico ut tradit Santi, *Praelect. iur. can.*, in cit. tit. 13, n. 3, ampliata est etiam ad tertium possessorem: « Hanc « iuris civilis dispositionem libenter accepit ius nostrum, eamque amplia- « vit duobus aliis remediis, de quibus sermo est in cap. 18, l. t. et in « can. 3, cons. 9, qu. c. In cap. 18 quod est Innoc. III sapientissimus « Pontifex concedit spoliato actionem, quae dicitur actio spolii, contra « quemcumque tertium rei possessorem, qui rem per spolium occupa- « tam, sciens eius originem, recipit et tenet ... ».

Alterum remedium est ex can. 3, cons. 9, quod ex ipsis verbis canonis dicitur a iuristis *remedium redintegrandae*. Hoc remedium vi canonis concessum est episcopis vel spoliatis, vel vi dejectis, extensum tamen ob quamdam interpretationem clericis omnibus, qui ob spolium amiserint vel res suas vel res ecclesiae contra quemcumque etiam tertium possessorem, sive bona fide possideat sive mala, sive res ad eum per-

venit cum titulo sive absque titulo. « Hoc vero remedium ex iure « canonico, ut docet Reiffenst., l. c., n. 10 est perpetuum tam ad exci- « piendum quam ad agendum de damnis illatis, licet ad spoliatorem nihil « devenerit, ut clare desumitur ex cit. can. redintegrandae et passim « observant Doctores ».

In facto. - Hisce praemissis, Patres Domini observarunt in primis sacerdotem Caperna teneri ad standum in iudicio, quia ipse appellans ab interlocutoria sententia partes actoris assumpsit. Iam vero iuxta Argelo de *contradictore legitimo* quaest. 3, art. 1, n. 29 « In iudiciis « quasi contrahitur, vel valet argumentum a contractu ad quasi con- « tractum, l. *si pupilli,* § *si quis ita,* ff. *de negot. gest.* et l. *apud Iulian.,* « 3 *fin.* cum l. seq. off. *ex quib. caus. in posses.* et l. *praetor in princip.* « iuncto § *non solum,* ff. *de minor.* At citans iudicio quasi contrahendo « approbat citatum ut contradictorem, ideo non potest a quasi contractu « recedendo eum postea contradictorem negare ad l. *sicut Codex, de act.* « *et oblig.* ». Quae pro Vincentio Caperna valent, eadem extenduntur ad fratrem Alphonsum qui sese iunxit Vincentio, signando actum appellationis et interveniendo in causam.

Nec Vincentius iuvari potest a facta cessione vel translatione clavis in fratrem Alphonsum, tum quia fraus et dolus nemini patrocinari debet, tum quia cessio scripto facta paulo ante initium litis ceu idem Vincentius contendit, dici nequit referre datam certam quia haec non apparet recognita a publico officiali aut ad acta publica relata, ideoque nullius ponderis est habenda.

Neque item Patres Domini admittere potuerunt posthumam exceptionem a fratre Alphonso promotam in epistola diei 18 maii 1911, quod ipse signationem in actu appellationis opposuerit tantum declarative: « La firma apposta nel ricorso alla Rota ha valore soltanto dichiara- « tivo in quanto fu messa per sola conferma di quanto si espone a mio « riguardo », nam ex tenore appellationis querela nedum respicit Vincentium sed etiam Alphonsum: unde signatione ab hoc apposita in recursu censetur accessisse iudicio. Verum, hac seposita ratione, DD. ulterius observarunt, quod a iudice in casu ex supra relatis iuribus vocari potest etiam Alphonsus, quamvis tertius possessor, uti detentor clavis capellae, ideoque promotam exceptionem uti non fundatam reiecerunt, et consequenter iudicarunt etiam Alphonsum cogendum esse ad standum in iudicio.

Ad *secundum dubium* quod attinet, Patres Domini adnotarunt in comperto esse quod in casu adfuerit spolium. Nam ex confessione in

iudicio emissa a reo convento Vincentio resultat, quod defunctus parochus Leonidas Mizzoni erat in possessione clavis capellae et quod haec durante paroeciae vacatione fuit usurpata ab eodem Vincentio. Nec prodesse posse putarunt exceptiones ab eodem promotas sive circa permissionem usus clavis factam defuncto parocho, sive eiusdem clavis cessionem favore fratris Vincentii, aut non exsistentiae parochi quando clavis est arrepta: nam permissio usus clavis asseritur sed non probatur, aliunde praesumptio militat favore parochi, cum capella nedum ecclesiae paroeciali sit adnexa et innixa, sed etiam ab eodem administrentur census legatorum de quibus in principio.

Non prodest secunda exceptio ex dictis in disceptatione super primo dubio, eo quia iuridice non resultat cessionem litem praecessisse. Non prodest demum tertia exceptio quia in casu intentari potest condictio ex l. ult. Cod. *Unde vi,* quae actio valde differt a remedio concesso per l. *Si quis* Cod. eod. tit.: nam ut ait Reiffenstuel, l. c., num. 43 « istud « requirit violentiam seu factam vim personae ipsius possessoris, non « illud, utpote qua quis convenitur solum ex eo quod intravit in pos« sessionem vacantem, et sic nemini vim intulit ». Deinde est expendendum quod ecclesia aequiparatur minori, civitati, reipublicae, quae ut persona moralis non moritur cap. 1 et cap. *auditis, de integr. restit.* Barbosa in *repertor. Iuris can. et civilis* v. *ecclesia.* Quare possessio licet moriatur praelatus manet apud ipsam cap. *Cum super de caus. possess. et prop.* et cap. *Cum officiis de testam.* Barbosa, loc. cit. Cum vero ecclesia censeatur iure minoris, consequens est, quod ipsa agere nequeat nisi per suum praelatum seu rectorem. In casu vero rector ecclesiae parochialis est parochus. Hic proinde agere potest ad redintegrationem, quae redintegratio in praesenti controversia denegari omnino nequit, cum ex confessione ipsius spoliatoris, constet de facto violatae possessionis per usurpationem clavis praefatae capellae.

Quibus omnibus in facto et in iure consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, super proposita incidentali quaestione decernimus, declaramus et sententiamus *Sacerdotem Vincentium Caperna et eius fratrem Alphonsum obligari ad standum in iudicio, et parochum S. Leucii redintegrandum esse in possessionem clavis capellae S. Mariae V. a Refugio, arreptae a Vincentio Caperna et nunc ab eius fratre Alphonso retentae,* seu propositis dubiis respondemus *affirmative ad utrumque;* statuentes praeterea eosdem fratres Caperna teneri ad iudiciales expensas.

Ita pronunciamus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coërcitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 8 iulii 1914.

Iosephus Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani.
Antonius Perathoner.

L. ✠ S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 21 augusti 1914.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

R. CAMERA APOSTOLICA

DECLARATIONES

La Rev. Camera Apostolica notifica che nel num. 13 del 31 agosto 1914, pag. 425 degli *Acta Apostolicae Sedis*, la relazione dell'atto di Ricognizione del Cadavere di Pio X di s. m. deve essere rettificata come appresso:

Actus vero recognitionis quem R. C. A. Notarius legit hic est iuxta formam assuetam:

In Dei nomine. Amen.
Recognitio cadaveris sanctae memoriae Pii Papae X
olim Iosephi Sarto.

Die vigesima mensis augusti anni millesimi nongentesimi decimi quarti. Cum sanctissimus Dominus noster divina providentia Pius Papa X, sicut Altissimo placuit, hodie hora prima circiter cum dimidio antimeridiana in palatio apostolico Vaticano debitum naturae persolverit, Emus et Rmus Dñus cardinalis Franciscus Salesius Della Volpe

S. R. E. Camerarius, associatus ab Illmis et Rmis Dnis Camerae Apostolicae Clericis et Cameralibus, meque eiusdem Camerae Pro-Secretario et Pro-Cancellario, se contulit ad Locum (vulgo *appartamento*) Pontificium dicti Palatii, et ingressus cum omnibus supradictis in cubiculum dicti Pontificis, ibi Ipsius corpus adhuc in suo lecto exsistens exanimatum invenit; Eique debitis reverentiis redditis ac pro Eius anima Deo precibus effusis, anulum piscatorium praefati Pontificis sibi tradendum petiit ab Illmo ac Revmo Dno Victorio Amedeo Ranuzzi de' Bianchi, archiepiscopo titulari Tyrensi, Praefecto cubiculi S. S., qui anulum praedictum e quadam bursa sumptum praelaudato Emo ac Revmo domino Cardinali Camerario tradidit et consignavit, quem idem Emus ac Revmus Dominus accepit ad effectum deferendi illum primae proximae Congregationi Emorum et Revmorum DD. S. R. E. Cardinalium, deque illo Illmum et Rmum dominum Victorium Amedeum Ranuzzi de' Bianchi praesentem quietavit in forma, etc., omni, etc. Successive praelaudatus Emus et Rmus Cardinalis Camerarius mandavit confici inventarium cubiculi praedicti et mansionum dicti Palatii cum interventu illius vel illorum R. C. A. Clericorum qui ad id deputati fuerint. Super quibus, etc. Actum in praedicto cubiculo praesentibus infrascriptis testibus.

Rogato il surriferito Atto solenne dal Notaro della R. C. A. fu firmato dal Cardinale Camerlengo, da alcuni membri del Collegio dei Prelati Chierici di Camera quivi presenti, e cioè dagli Illmi e Revmi Monsignor Giovanni M. Zonghi, Mons. Vincenzo M. Ungherini, Mons. Felice Sarra, Mons. Vincenzo Bugarini e Mons. Carlo Cremonesi, che firmarono precisamente nella detta qualità di Chierici di Camera; dai Monsignori Camillo Caccia Dominioni e Alberto Arborio Mella di S. Elia, Camerieri Segreti Partecipanti della stessa S. S. nella qualità di testimoni; e dal notaro Bartolomeo Farelli Pro-Segretario e Pro-Cancelliere della R. C. A.

***

La R. C. A. dichiara che, a norma dell'articolo 27 [1] del Regolamento annesso alla Costituzione *Praedecessores Nostri* di Leone XIII di s. m., confermata in vigore della Costituzione *Vacante Sede Apostolica*

[1] « 27. Acta, vacante Apostolica Sede, exaranda unus e Clericis Camerae (qui « tunc etiam Protonotarii Apostolici munere fungetur) et Notarius Camerae Apostolicae « simul scriptis consignent ».

di Pio X di s. m., un Chierico della Camera, fungendo anche da Protonotario Apostolico, ed il Notaro della medesima avrebbero dovuto rogare anche l'Atto relativo alla Tumulazione (*Acta Apostolicae Sedis*, num. 13, pag. 428) non che gli atti relativi al Conclave (*Acta Apostolicae Sedis*, num. 15, pag. 488 a 496), i quali furono altrimenti rogati in seguito ad autorizzazione concessa per speciali ragioni dal Cardinale Camerlengo.

Tale concessione, che il Cardinale Camerlengo non negò per non giudicare sommariamente degli antecedenti, che si allegavano, delle due vacanze anteriori della Sede Apostolica, rende necessaria la più ampia riserva, che essa non costituisca precedente contro il prescritto della legge vigente, perchè, in seguito a maturo esame di apposita Commissione Camerlengale, gli antecedenti allegati sono stati riconosciuti contrari al diritto e alla consuetudine.

* * *

La Santità di N. S. Papa Benedetto XV, nell'udienza concessa il 10 decembre 1914 a Sua Eminenza Rma il signor cardinale Francesco Salesio Della Volpe Camerlengo di S. R. C., su proposta dello stesso Emo, ha ordinato, che nell'Archivio della Segreteria del S. Collegio in Vaticano siano depositati, in un reparto appositamente riservato, tutti gli Atti originali delle tre vacanze della Sede Apostolica, verificatesi per la morte dei Sommi Pontefici Pio IX, Leone XIII e Pio X, che finora sono stati conservati nello studio del Notaro della R. C. A. e in altri Archivi; che ne sia affidata al detto Notaro la custodia; e che i medesimi atti restino sempre a disposizione della R. C. A.

D'ordine dell'Emo Camerlengo

Bartolomeo Farelli,

Pro-Segretario e Cancelliere della R. C. A.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

9 dicembre 1914. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle del sacro Cuore di Gesù.*

12 dicembre. — Il medesimo Emo signor cardinale, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità dell'Immacolata Concezione d'Ivrea.*

14 dicembre. — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore della Congregazione di Gesù e Maria (Eudisti), e dell'Istituto delle Suore di « Notre-Dame de Charité » dette « du Refuge ».*

— L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Protettore dell'Istituto delle Madri Pie di Ovada.*

15 dicembre. — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Datario di S. S.*

— L'Emo signor cardinale Michele Lega, *Prefetto del supremo tribunale della Segnatura Apostolica.*

20 dicembre. — Gli Emi signori cardinali Ludovico Billot e Filippo Giustini, *Membri della sacra Congregazione dei Religiosi.*

24 dicembre. — Il medesimo signor cardinale Filippo Giustini, *Rettore delle Suore di san Giuseppe di Cluny.*

25 dicembre. — Mons. Carlo Sica, *Minutante della Segreteria di Stato.*

26 dicembre. — Il Rmo P. Luca da Padova, cappuccino, predicatore apostolico, *Consultore della sacra Congregazione dei Riti per le Cause dei Santi.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

25 novembre 1914. — Mons. can. Luigi Castellani, dell'archid. di Ferrara.

2 dicembre. — Mons. Angelo can. Sinibaldi, uditore del Vicariato di Roma.

— Mons. Donaldo Mackintosh, rettore del collegio Scozzese di Roma.

8 dicembre. — Mons. can. Giuseppe Palica, segretario della Penitenzieria Apostolica.

10 dicembre — Mons. Patrizio Enright, della diocesi di Little-Rock.

11 dicembre. — Mons. Nicola Sebastiani, cancelliere dei Brevi Apostolici.

12 dicembre. — Mons. Domenico Rinaldi, priore-parroco di Orbetello.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Placca dell'Ordine Piano:

13 dicembre 1914. — Al sig. comm. Vespasiano Ambrosi-Tomasi, ufficiale in ritiro della Guardia Nobile di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 novembre 1914. — Al sig. prof. Luigi Bottazzo, di Padova.

6 dicembre. — Al sig. Salvatore Pennisi di Floristella, dell'archidiocesi di Catania.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

1 dicembre 1914. — Al sig. conte Pietro Della Porta Carrara, minutante della Cancelleria dei Brevi Apostolici.

— Al sig. cav. Luigi Bersani, ufficiale della stessa Cancelleria.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 dicembre 1914. — Al sig. avv. Achille Spezza, ufficiale della Cancelleria dei Brevi Apostolici.

6 dicembre. — Al sig. Luigi Langeli, di Roma.

9 dicembre. — Al sig. notaio Luigi Rossi, della diocesi di Ceneda.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 dicembre 1914. — Al sig. Ernesto Borsbach, della diocesi di Paderborna.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

19 settembre 1914. — Mons. Giuseppe Calabrese, della diocesi di Susa.

28 settembre — Mons. Francesco Pascucci, di Roma.

— Mons. Carlo Papini, dell'archidiocesi di Lucca.

— Mons. Giovanni Corti, di Roma.

— Mons. Vincenzo Misuraca, di Roma.

28 settembre 1914. — Mons. Alessandro Bernabai, di Roma.
30 settembre. — Mons. Giacomo Bertini-Morini, della diocesi di Livorno.
— Mons. Antonio Dobner de Dobenau, della diocesi di S. Ippolito.
15 ottobre. — Mons. Giovanni Carozzo, della diocesi di Chiavari.
— Mons. Sebastiano Pinceti, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Rollino, della medesima diocesi
— Mons. Antonio dos Sántos Cabral, della diocesi di Aracajú.
— Mons. Camillo Rasimelli, dell'archidiocesi di Perugia.
— Mons. Giorgio Unterpranger, della diocesi di Bressanone.
— Mons. Engelberto Fischer, della diocesi di Erbipoli.
— Mons. Ludovico Benkert, della medesima diocesi.
— Mons. Ignazio Barthelme, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Hergenröther, della medesima diocesi.
— Mons. Giorgio Hemmerich, della medesima diocesi.
23 ottobre. — Mons. Francesco Jankü, dell'archidiocesi di Praga.
— Mons. Antonio Nepil, della medesima archidiocesi.
31 ottobre. — Mons. Luigi Demel, dell'archidiocesi di Olmütz.
— Mons. Giuseppe de Grimmenstein, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Kachník, della medesima archidiocesi.
— Mons. Gustavo Klug, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Kubiček, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Kuča, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giorgio Láska, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo Lorenz, della medesima archidiocesi.
— Mons. Antonio Matějček, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo de Mensshengen, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuliano Roska, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Schneider, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Snopek, della medesima archidiocesi.
— Mons. Antonio Stojan, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Srámek, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Teplíček, della medesima archidiocesi.
— Mons. Adalberto Siedlecki, della diocesi di Cracovia.
— Mons. Francesco Starowieyski, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Gruszecki, della medesima diocesi.
— Mons. Pietro Krawczynski, della medesima diocesi.
— Mons. Casimiro Kaszelewski, della medesima diocesi.
— Mons. Ermanno Osburg, della diocesi di Paderborna.
— Mons. Lorenzo Feldkamm, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Saverio Montz, dell'archidiocesi di Colonia.
— Mons. Lorenzo Richen, della medesima archidiocesi.
— Mons. Pietro Gratzfeld, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Schweizer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Küpper, della medesima archidiocesi.
— Mons. Lorenzo Krichel, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Kribben, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo Cohen, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Schüller, della medesima archidiocesi.
— Mons. Andrea Carpené, della diocesi di Ceneda.
4 novembre. — Mons. Ladislao Szczesniak, dell'archidiocesi di Varsavia.
6 novembre. — Mons. Gaetano Dattilo, dell'archidiocesi di Cosenza.

7 novembre 1914. — Mons. Cristiano Lingen, della diocesi di Treviri.
— Mons. Francesco Tilmann, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Cavina Durazzo, della diocesi di Faenza.
— Mons. Guglielmo Frye, della diocesi di Fulda.
10 novembre. — Mons. Giovanni Trungel, della diocesi di Vaccia.
— Mons. Emerico Dolenczky, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Kokovay, della medesima diocesi.
— Mons. Stefano Kestler, della medesima diocesi.
— Mons. Luigi Brusattin, della diocesi di Treviso.
— Mons. Leopoldo Cornalba, della diocesi di Pavia.
— Mons. Francesco Mariani, della medesima diocesi.
— Mons. Rodolfo Majocchi, della medesima diocesi.
12 novembre. — Mons. Riccardo Orsenigo, dell'archidiocesi di Vercelli.
13 novembre. — Mons. Francesco Kerner, della diocesi di Königgrätz.
— Mons. Francesco Sülc, della medesima diocesi.
— Mons. Albino Seidel, della medesima diocesi.
— Mons. Paolo Rozinek, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco Tschertner, della medesima diocesi.
16 novembre. — Mons. Giuseppe Pachta, dell'archidiocesi di Praga.
— Mons. Antonio Wünsch, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Schuh, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Blanda, dell'archidiocesi di Praga.
— Mons. Gregorio Lindner, della medesima archidiocesi.
— Mons. Maurizio Picha, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Vaněcěk, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Schmid, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Rihánek, della medesima archidiocesi.
— Mons. Ugo Geyer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Černy, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo Hilgenreiner, della medesima archidiocesi.
18 novembre. — Mons. Carlo Grossauer, della diocesi di Segovia.
— Mons. Giovanni Fernandez y Limoges, dell'archidiocesi di Madrid.
— Mons. Eugenio Cappuzzo, della diocesi di Padova.
21 novembre. — Mons. Giovanni Strohmenger, della diocesi di Erbipoli.
24 novembre. — Mons. Nicola Camera, dell'archidiocesi di Amalfi.
— Mons. Andrea Proto, della medesima archidiocesi.
25 novembre. — Mons. Carlo Edoardo Gandy, della diocesi di Plymouth.
— Mons. Daniele Kennedy, della medesima diocesi.
26 novembre. — Mons. Antonio Frollo, del patriarcato di Venezia.
— Mons. Giuseppe Busetto, del medesimo patriarcato.
— Mons. Melchiorre Formaglio, della diocesi di Padova.
— Mons. Giovanni Ferro, di Roma.
27 novembre. — Mons. Severino Pisoni, della diocesi di Lugano.
— Mons. Giuseppe Antognini, della diocesi di Lugano.
— Mons. Rodolfo Tartini, della medesima diocesi.
— Mons. Angelo Modini, della medesima diocesi.
— Mons. Angelo Abbondio, della medesima diocesi.
— Mons. Candido Petrini, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Demaria, della medesima diocesi.
— Mons. Carlo Grassi, della medesima diocesi.
30 novembre. — Mons. Ermanno Bäuerle, della diocesi di Rottenburg.

30 novembre 1914. — Mons. Angelo Rotta, di Roma.
— Mons. Enrico Felici, di Roma.
— Mons. Giuseppe del Torchio, dell'archidiocesi di Milano.
— Mons. Melchiorre Barberio, della diocesi di Novara.
— Mons. Giuseppe Mariani, della diocesi di Volterra.
— Mons. Lorenzo Cresti, dell'archidiocesi di Siena.
— Mons. Vincenzo Schembri, della diocesi di Malta.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

28 settembre 1914. — Mons. Carlo Lorenzetti, della diocesi di Massa-Carrara.
12 ottobre. — Mons. Giovanni Grossi, della diocesi di S. Marco e Bisignano.
— Mons. Enrico Leone Constans, della diocesi di Nîmes.
15 ottobre. — Mons. Luigi Gotelli, della diocesi di Chiavari.
— Mons. Giulio Boccali, dell'archidiocesi di Perugia.
— Mons. Tiziano Veggian, della diocesi di Vicenza.
31 ottobre. — Mon. Francesco Gillig, dell'archidiocesi di Olmütz.
— Mons. Giuseppe Kubíček, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo Polzer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Schinzel, della medesima archidiocesi.
— Mons. Bonifacio Segeta, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Zimmermann, della medesima archidiocesi.
— Mons. Augusto Savels, dell'archidiocesi di Colonia.
— Mons. Martino Köllen, della medesima archidiocesi.
— Mons. Riccardo Bertram, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Drammer, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Prill, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Umpfenbach, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giacomo van Gils, dell'archidiocesi di Colonia.
— Mons. Teodoro Grewer, della diocesi di Paderborna.
— Mons. Giorgio Zányi, della diocesi di Cinque Chiese.
— Mons. Andrea Zajac, della diocesi di Cracovia.
— Mons. Carlo Nikiel, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Bielenin, della medesima diocesi.
— Mons. Antonio Kovács, della diocesi di Cinque Chiese.
— Mons. Giorgio Moransch, della medesima diocesi.
7 novembre. — Mons. Luigi Tammaro, della diocesi di Boiano.
— Mons. Giuseppe Liebisch, della diocesi di Segovia.
— Mons. Giovanni Köck, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Graus, della medesima diocesi.
— Mons. Francesco de Oer, della medesima diocesi.
— Mons. Ercole Rambelli, della diocesi di Faenza.
— Mons. Antonio Albertini, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Panzavolta, della diocesi di Forlì.
10 novembre. — Mons. Angelo Giovanni Battista Celi, della dioc. di Feltre.
— Mons. Vincenzo Scalori, della diocesi di Mantova.
— Mons. Giovanni Pravedoni, della diocesi di Pavia.
— Mons. Carlo Rossi, della medesima diocesi.
— Mons. Stefano Ghidini, della diocesi di Mantova.
— Mons. Carlo Thury, della diocesi di Vaccia.
— Mons. Eugenio Toldy, della medesima diocesi.

10 novembre 1914. — Mons. Emerico Sandula, della diocesi di Vaccia.
— Mons. Gustavo Schwarcz, della medesima diocesi.
16 novembre. — Mons. Francesco Herzog, dell'archidiocesi di Praga.
— Mons. Carli Baumgärtl, della medesima archidiocesi.
18 novembre. — Mons. Francesco Boriero, della diocesi di Padova.
— Mons. Vincenzo Marabini, della diocesi di Imola.
— Mons. Luigi Francesco Conti, della medesima diocesi.
— Mons. Angelo Callegari, della diocesi di Brugnato.
— Mons. Gennaro Gianico, della diocesi di Trivento.
— Mons. Giovanni Leitgeb, della diocesi di Segovia.
21 novembre. — Mons. Luigi Battelli, della diocesi di Urbino.
— Mons. Luigi Monticelli, della diocesi di Alife.
24 novembre. — Mons. Alfredo Mignini, dell'archidiocesi di Perugia.
— Mons. Andrea Cesarano, dell'archidiocesi di Amalfi.
25 novembre. — Mons. Nicola Petrone, della diocesi di Avellino.
26 novembre. — Mons. Romolo del Duca, di Roma.
— Mons. Giuseppe Cammarota, di Roma.
30 novembre. — Mons. Venceslao Cordeschi, di Roma.
— Mons. Pellegrino Fini, della diocesi di Cortona.
— Mons. Gaetano Pierini, della medesima diocesi.
— Mons. Giuseppe Tondini, di Roma.
— Mons. Gaetano Coli, della diocesi di Volterra.
— Mons. Vincenzo Colombrino, dell'archidiocesi di Napoli.
— Mons. Luigi d'Aquino, della medesima archidiocesi.
— Mons. Enrico Castelli, della medesima archidiocesi.
— Mons. Fedele Periccioli, dell'archidiocesi di Siena.

Camerieri d'onore extra Urbem *di S. S.:*

15 ottobre 1914. — Mons. Carlo Rosini, dell'archidiocesi di Perugia.
31 ottobre. — Mons. Giuseppe Bena, dell'archidiocesi di Olmütz.
— Mons. Carlo Lysý, della medesima archidiocesi.
— Mons. Francesco Schneider, della medesima archidiocesi.
7 novembre. — Mons. Antonio Casanova, della diocesi di Faenza.
— Mons. Ferdinando Benelli, della medesima diocesi.
13 novembre. — Mons. Adolfo Faeh, della diocesi di S. Gallo.
23 novembre. — Mons. Francesco Jančar, dell'archidiocesi di Vienna.
25 novembre. — Mons. Felice Forgione, della diocesi di Avellino.
30 novembre. — Mons. Luigi Pepi, dell'archidiocesi di Siena.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

28 settembre 1914. — Il sig. comm. Guglielmo Hüffer, di Roma.
14 ottobre. — Il sig. conte Fabio Fani, di Roma.
15 ottobre. — Il sig. conte Antonio d'Estienne de Prunières, della diocesi di Gap.
31 ottobre. — Il sig. conte Massimiliano Berge de Trips di Horrem, dell'archidiocesi di Colonia.
— Il sig. comm. Carlo Goffredo Custodis, della medesima archidiocesi.
4 novembre. — Il sig. Alfredo Bourdin, della diocesi di Belley.
— Il sig. marchese Antonio Spinola, di Roma.

7 novembre 1914. — Il sig. Adamo Giuseppe Kiel, della diocesi di Fulda.
10 novembre. — Il sig. conte Ludovico de Colleville, dell'archid. di Parigi.
— Il sig. conte Giuseppe de Cronij Chanel, della diocesi di Laval.
— Il sig. Leonzio de Montenon, dell'archidiocesi di Rennes.
12 novembre. — Il sig. Augusto Leone Kenny, dell'archid. di Melbourne.
13 novembre. — Il sig. conte Edoardo de Fazy du Bayet, di Firenze.
— Il sig. Bartolomeo Teeling, di Roma.
— Il sig. A. Stuart Coats, dell'archidiocesi di Westminster.
— Il sig. Orazio Walpole, della diocesi di Portsmouth.
18 novembre. — Il sig. Roberto Hadsley Gosselin-Grimashawe Helier, della diocesi di Shrewsbury.
— Il sig. Geraldo Marco Borden, dell'archidiocesi di New York.
19 novembre. — Il sig. conte Enrico Turquet Bravard de la Boisserie, dell'archidiocesi di Parigi.
20 novembre. — Il sig. conte Oliviero Beauregard, della medesima archid.
21 novembre. — Il sig. conte Filippo Viviani, dell'archidiocesi di Urbino.
— Il sig. conte Salvatore de Ciutiis, dell'archidiocesi di Napoli.
— Il sig. marchese Giuseppe Caracciolo di S. Agapito, della medesima archidiocesi.
23 novembre. — Il sig. barone Antonio de Lehrer, di Dresda.
— Il sig. conte Filippo Bajola Parisani, di Roma.
24 novembre. — Il sig. Giov. Battista Paganuzzi, del patriarcato di Venezia.
25 novembre. — Il sig. Francesco Vaughan, dell'archid. di Westminster.
— Il sig. Dionisio Alfonso Fernandez de Alcalde, della diocesi di Madrid.
26 novembre. — Il sig. avv. Callisto Patrignani, della diocesi di Comacchio.
30 novembre. — Il sig. Giorgio Antoni, della diocesi di Fulda.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

25 settembre 1914. — Il sig. comm. Amedeo Giov. Battista Richardet, dell'archidiocesi di Parigi.
28 settembre. — Il sig. comm. Tommaso Pate, della diocesi di Livorno.
30 settembre. — Il sig. Augusto Gregorj, di Roma.
7 novembre. — Il sig. comm. Ernesto Lombardo, dell'archid. di Genova.
15 novembre. — Il sig. Giorgio M. Bertrand, dell'archidiocesi di Parigi.
18 novembre. — Il sig. Romano de Soczynski, della diocesi di Filippopoli.
19 novembre. — Il sig. Carlo Rosi, di Roma.
24 novembre. — Il sig. Salvatore Camera fu Andrea, dell'archidiocesi di Amalfi.
— Il sig. Andrea Anastasio fu Felice, della medesima archidiocesi.
23 novembre. — Il sig. comm. Giuseppe Salviucci, di Roma.
30 novembre. — Il sig. Giovanni del Bo, dell'archidiocesi di Milano.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

15 ottobre 1914. — Mons. Luigi Pozzobon, della diocesi di Ceneda.
31 ottobre. — Mons. Francesco Virag, della diocesi di Cinque Chiese.
— Mons. Dionisio Mosonyi, della medesima diocesi.
— Mons. Sigismondo Gyömörey, della medesima diocesi.
7 novembre. — Mons. Giovanni Siener, della diocesi di Segovia.
10 novembre. — Mons. Michele Varga, della diocesi di Vaccia.

10 novembre 1914. — Mons. Rodolfo Ottavio Maria Giovanni Harscouët, della diocesi di St. Brieuc.

25 novembre. — Mons. Pasquale de Magistris, della diocesi di Avellino.

30 novembre. — Mons. Vincenzo M. Tommi, di Roma.

— Mons. Francesco Moro, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.

— Mons. Carlo Menegazzi, del patriarcato di Venezia.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

12 ottobre 1914. — Mons. Giovanni Croce, della diocesi di Chiavari.

15 ottobre. — Mons. Anton Domenico Rossi, della medesima diocesi.

— Mons. Domenico Garibaldi, della medesima diocesi.

— Mons. Marino Capellini, della diocesi di Petropolis.

— Mons. Bernardo Consolati, della diocesi di Sanseverino, Marche.

31 ottobre. — Mons. Geysa Szabó, della diocesi di Cinque Chiese.

— Mons. Stefano Komócsy, della medesima diocesi.

7 novembre. — Mons. Antonio Montanari, della diocesi di Faenza.

— Mons. Giovanni Amschl, della diocesi di Segovia.

10 novembre. — Mons. Ladislao Kontúr, della diocesi di Váccia.

— Mons. Zoltano Viz, della medesima diocesi.

21 novembre. — Mons. Carlo Cantelmo, della diocesi di Alife.

— Mons. Francesco Mazzarella, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

10 dicembre 1914. — Mons. Raimondo Villard, vescovo di Autun.

15 dicembre. — Mons. Gustavo Provveduti, abate *nullius* di san Martino al Cimino.

22 dicembre. — Mons. Colomanno Belopotoczki, vescovo titolare di Tricala.

27 dicembre. — Mons. Pietro Firminio Capmartin, vescovo di Orano.

Annus VI - Vol. VI Die 31 Decembris 1914 Num. 22

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

INDICES

SUMMARIUM

I. Index generalis rerum, pag. 729. — II. Index documentorum chronologico ordine digestus, pag. 731. — III. Index analyticus rerum notabilium, pag. 745. — IV. Index personarum, pag. 767.

ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MDCCCCXIV

Directio: Palazzo della Cancelleria. — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, L. 12. — Extra Italiam, L. 15.
Unius fasciculi, L. 1.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit, ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* ». (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

I

INDEX GENERALIS RERUM

ACTA PII PP. X.

CONSTITUTIO APOSTOLICA, 213.
CHIROGRAPHUM, 341.
APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE, 301.
MOTU PROPRIO, 5, 25, 173, 219, 333.
LITTERAE APOSTOLICAE, 177, 220, 257, 342.
HORTATIO AD UNIVERSOS ORBIS CATHOLICOS, 373.
EPISTOLAE, 7, 28, 73, 105, 137, 180, 224, 259, 303, 374.
ALLOCUTIONES, 253, 260.

ACTA BENEDICTI PP. XV.

HORTATIO AD UNIVERSOS ORBIS CATHOLICOS, 501.
LITTERAE ENCYCLICAE, 565, 585.
MOTU PROPRIO, 533, 665, 689.
EPISTOLAE, 513, 539, 582, 667, 692.
ALLOCUTIO, 694.

SACRAE CONGREGATIONES.

S. CONGREGATIO S. OFFICII, 226.
Sectio de Indulgentiis, 74, 107, 305, 346, 378, 406, 503, 547, 670, 697.
S. CONGREGATIO CONCISTORIALIS:
a) *Documenta,* 8, 111, 182, 228, 262, 277, 312, 349, 507, 547, 671, 698.
b) *Erectiones et immutationes finium dioecesum,* 187, 350, 551.
c) *Provisio Ecclesiarum,* 112, 186, 227, 551, 701.
S. CONGREGATIO CONCILII, 9, 702.
S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS, 189, 229.
S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE:
a) *Documenta,* 29, 233, 379.
b) *Nominationes,* 10, 30, 191, 235, 313, 350, 380, 406, 552.
c) *Cessationes ab officio,* 30, 278.
S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE PRO NEGOTIIS RITUUM ORIENTALIUM, 458.
S. CONGREGATIO INDICIS:
a) *Documenta,* 31, 314.
b) *Subiectionis declarationes,* 31.
S. CONGREGATIO RITUUM:
a) *Decreta de Beatificatione vel Canonizatione,* 114, 279, 380.
b) *Liturgica,* 10, 32, 75, 113, 146, 192, 235, 282, 315, 351, 382, 407, 553, 672, 708.
S. CONGREGATIO PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS, 544, 673, 710.
S. CONGREGATIO STUDIORUM, 383.

TRIBUNALIA.

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA, 712.
SACRA ROMANA ROTA:
a) *Sententiae,* 13, 32, 77, 119, 147, 197, 237, 286, 317, 354, 387, 408, 464, 516, 554, 675, 713.
b) *Citationes edictales,* 128, 413.
SIGNATURA APOSTOLICA, 19, 68, 165, 295, 400, 414.

OFFICIA.

R. CAMERA APOSTOLICA, 718.
SECRETARIA STATUS: *Epistolae,* 21, 99, 129, 166, 245, 329, 401, 472, 711.

COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA, 417.

DIARIUM ROMANAE CURIAE:
a) *Concursus ad Officia,* 68, 169, 402.
b) *Nominationes,* 22, 69, 102, 135, 169, 191, 249, 298, 330, 369, 402, 418, 511, 525, 561, 584, 661, 683, 721.
c) *Necrologium,* 24, 72, 104, 136, 172, 252, 300, 332, 372, 404, 420, 512, 532, 564, 664, 688, 728.

II

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

Anno	Mense	Die		Pag.
			I. - ACTA PII PP. X	
			I. - Constitutio Apostolica.	
1914	Mart.	25	*Susceptum inde.* - De regimine Seminarii Maioris in Calabris	213
			II. - Chirographum.	
1914	Iun.	1	*Filias Caritatis.* - De virginibus Canossianis ad sacras earum missiones educandis.	341
			III. - Apostolicae sub plumbo litterae.	
1914	Mart.	19	*Quod iampridem.* - Eriguntur paroeciae SS. Crucis via Flaminia et S. Helenae via Casilina	301
			IV. - Motu Proprio.	
1914	Ian.	6	*Ubi primum.* - De regimine et administratione Seminarii Romani minoris ad Vaticanum	5
Cratensis dioecesis, ex territorio dioec. Fortalexiensis, in Brasilia, erigitur, 551, suffraganea Olindensis archidioecesis, 552.

Creditor vel *debitor* dici non potest administrator usque dum facta non sit administrationis rationum redditio, 202.

Crucis (*SS.*) via Flaminia et *S. Helenae* via Casilina paroeciae eriguntur, sexto decimo exeunte saeculo a restituta Ecclesiae libertate, 301, uni reditus attribuuntur exstinctae paroeciae S. Mariae in Via Lata, alteri exstinctae paroeciae Ss. Quirici et Iulittae: utriusque Cardinalis Vicarius termines definiet, 302.

Cupiditas omnium societatis humanae malorum est principium, 572.

Cura animarum habitualis, quatenus actuali opponitur, est illa quae penes rectorem principalem residet, quin illam exercere possit, 33, sed ab alio, qui solet ab ipso rectore principali deputari, exercenda est, 34, 358.

— ecclesiae collegiatae Capitulo commissa, habitualis et actualis, 359, 362.

D

Dalla Torre Iosephus gratulationes accipit ob relationem societatis « Unione popolare fra i cattolici d'Italia », 21.

De Amicis Iacobus, Vicarius capitularis dioecesis Ianuensis, ob congressum pro christiana educatione Genuae habendum, gratulationes accipit, communicandas eiusdem congressus promotoribus, 134.

Dedicatio omnium ecclesiarum, v. *Festum.*

De Hartmann card. Felix, Coloniensis archiep., epistolam accipit qua B. P. gaudet V. E. a Germanorum imperatore impetrasse ut sacerdotes gallici bello capti aeque ac praefecti militum tractentur; persuasumque habet non tantum clericos, sed captivos omnes, praesertim valetudine affectos aut vulneribus ictos, V. E. summa caritate esse amplexurum, 542.

De Hoyos Bernardus Franciscus, natus in oppido hispano *Torrelobaton,* adolescens litteris operam dedit in collegiis Societatis Iesu tum Augustae Emeritae tum Villagarciae; postea, divinam sentiens vocationem, in ipsam Societatem Iesu cooptatus est et vota simplicia emisit; philosophicis et theologicis disciplinis sedulo incubuit et primum Sacrum fecit.

Divinitus vocatus, maximo fructu cultum Ssmi Cordis Iesu propagavit, cum repente, lethali morbo correptus, quievit in Domino. Opinione sanctitatis in vita et post obitum invalescente, 116, a Pio Pp. X Commissio introductionis causae beatificationis signatur, 117.

Delassus H., ob exemplar operis « La Mission posthume de Jeanne d'Arc et le règne social de N.-S. J.-C. », utpote renovationi morali Galliae quam maxime efficacis, gratulationes et gratias accipit, 133.

De Lucchi Georgius, primus Seminarii maioris in Calabris rector, fide, pietate, doctrina laudatur, 215.

De Teil R., praeses centralis consilii operis « de la sainte enfance », ob exemplar annalium praefati operis, gratulationes accipit, 131.

Devotionalia quaedam, praeterquam metallica numismata scapularibus substituenda unico signo crucis, omnibus et singulis ditantur indulgentiis, quas conferendi potestate pollet sacerdos, ea benedicens, 346.

D'Hendecourt Ludovicus vicecomes, Societatis Vincentianae praeses, ob litteras de Societatis incremento, gratias accipit a Pio Pp. X, qui laudat sollertiam et industriam decessoris eius Pauli Calon, atque hortatur ut Friderici Ozanam incensa studia et caritas referantur, 106; — eidem ob exhibitas litteras obsequio plenas, 544, Benedictus Pp. XV gratias agit atque ipsam laudat consociationem ob fructus uberrimos ubique terrarum collatos, 545.

Dobrecic Nicolao, Antibarensi archiepisc., B. P. caritatem erga captivos in sua dioecesi detentos commendat, 546.

Domicilium sponsa non amittit nisi per celebratum matrimonium, 397.

Dominicanis provinciae Occitaniae immaculatae Conceptionis nova praefectura apostolica *Lang Son* et *Cao Bang* concreditur, 30.

Domus habitationi coadiutoris destinata, non est computanda inter fructus praebendae, 126.

Dubillard card. Franciscus, Chamberiensis archiep., gratias de filiali ominum obsequio praestito a B. P. accipit, qui precibus se eius commendat, ut gravissimo oneri minus impar fiat, 514.

E

Ehrensberg et Harres territorii portio, a paroecia Plattenhofen et a dioecesi Augustana Vindelicorum avulsa, paroeciae de Hiederthann et archidioecesi Monacensi et Frisingensi aggregatur, 188.

Elpasensis dioecesis in Foederatis Statibus A. S. erigitur, dioecesibus Tucsonensi, Dallasensi et Sancti Antonii coarctatis, atque suffraganea metropolitanae eccl. Sanctae Fidei erit, 188.

Emigrantium italorum religiosas, morales et oeconomicas respiciens condiciones, de eorum salute sollicitus, quae ipse fecit et quae Episcoporum diligentia facta sunt Pius Pp. X memorat, 174, quae cum ad opus non sufficiant, decernit in alma Urbe collegium Italis peregre adiuvandis instituere, in quod non admittantur nisi iuvenes sacerdotes itali de clero saeculari, de consensu iussuve sui quisque episcopi, qui ibi annum vel biennium manebunt ut sese parent ad operam pro emigrantibus italis navandam. Aliis litteris ulteriora declarabuntur. Episcopi nobilem hunc intentum secundent, ut coloniae italorum emigrantium habeant unde quaerant sacerdotes dignos, 175; rogantur quoque ut collationes stipum, quae fieri solent pro Missionalibus emigrationis, ad S. C. Consistorialem mittant, ad hoc collegium in primis constituendum, 176.

— de spirituali cura litterae circulares ad Ordinarios dioecesum Italiae mittuntur. Paternae Pii Pp. X s. m. curae memorantur, eius praesertim Motu Proprio *Iam pridem*, qui plausu cleri et catholicorum acceptus est. Tamen, tristissimis huius temporis rebus, oblationes pro Collegio emigrantibus adiuvandis instituendo, multo minores fuerunt quam quae ex caritate fidelium repromittendae erant, dum e contra magis magisque, actuali bello absoluto, numerus emigrantium multiplicabitur. Quamobrem, his omnibus B. P. permotus, cupit ut quamprimum pateat supradictum Collegium, maxime confisus fidelium caritati atque episcoporum zelo, 699, et augusto suo chirografo statuit ut idem Collegium in aedibus, quae antea Seminariorum Romani et Pii fuerunt, sedem

habeat. Ad subveniendum autem necessitatibus Collegii et variis pro emigrantibus institutionibus, S. C. Consistorialis rogat Ordinarios ut in omnibus paroeciis annuum indicant aeris collectum operibus emigrantium adiuvandis; ut ad ipsam S. Congr. mittant sacerdotum nomina qui sint parati ad ministerium apud emigrantes ineundum. Possunt autem Ordinarii oblationes speciales pro emigrantibus in transitu Oceani assistendis ad Consilium Societatis Missionariorum pro emigratione a S. Antonio de Padua nuncupatae, mittere, 700.

Encyclicae litterae Benedicti Pp. XV « Ad beatissimi Apostolorum Principis » diei 1 novembris 1914.

Ad cathedram B. Petri provectus, oculos in universum gregem, in homines scilicet omnes quos Christus suo sanguine liberavit, summa cum benevolentia convertit, 565, cupiens ut unus fiat ovilis et omnes homines salutem consequantur. Lacrimabilis rerum humanarum cursus B. P. acris doloris est causa: praesertim tristissimum et atrocissimum bellum quod ruinas, caedes, miserias et dolores gignit, 566; unde, beneficio Dei miserentis, iterum pax terrae precatur et ad hoc eos, quorum in manibus fortuna est civitatum, vehementer rogat. Sed aliud adest societati bellum, 567, cuius quatuor sunt praecipuae causae: defectus mutuae inter homines benevolentiae, auctoritatis contemptus, iniuriosa ordinum cum ordinibus civium contentio, appetitus boni materialis ut unici finis activitatis humanae. Memorat proinde Christum Dominum regni pacis fundamentum posuisse caritatem, dilectionem ad invicem. Unus est Pater, quem sic in oratione invocare nos docuit; fratres nos Iesus appellavit, 568; dixit sibi fieri quod aliis faciemus; rogavit ut unum caritate essemus, sicut ille et Pater; denique e cruce pendens suum sanguinem in nos exhausit, nos quasi in unum corpus coniungens. Nunquam vero minus fraterne quam nunc actum est inter homines. Necesse igitur est ut caritas rursus in hominibus dominetur: hoc erit velut proprius Pontificatus Sui character. Ad hoc episcopos hortatur; et animadvertit instituta beneficentiae nihil proficere si veram Dei et proximi caritatem non foveant, 569. Altera vero perturbationis causa est in auctoritatis contemptu, nam non a Deo sed ab hominum voluntate originem ducere reputatur auctoritas. Omnia, et domesticam quidem societatem, hic spiritus penetravit: hinc legum contemptio, multitudinum motus, facinora et alia huiusmodi. Non est vera potestas nisi a Deo, et igitur religiose legitimae auctoritati obtemperandum est, 570, nam qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Hoc meminerint principes et rectores populorum et considerent si a religione sit discedendum et doctrina christiana a publica iuventutis institutione excludenda: vis corpora non animos comprimit. Caritate vero et auctoritatis obsequio sublatis, nil mirum si societas in duas dispertiatur classes inter sese luctantes, classem illorum quibus fortuna aut industria bonorum est copia, et classem proletariorum et opificum, considerantium se eamdem naturam participare sed non in eadem ac illi conditione versari, 571: hinc livores, odia, cessationes ob opere, tumultus, luctae. Non igitur obliviscantur quae de socialistarum aliorumque huius generis errore Leo Pp. XIII edixit; et praesertim doctrina evangelica mutuae caritatis magis magisque evulgetur, 572. Radix autem omnium malorum cupiditas: cum enim et perversitate scholarum et improbitate scriptorum aliisque de causis infusus sit in animis perniciosissimus error in terris tantum felicitatem prosequendam, nemo mirabitur hos homines, ea vi qua natura ad beatitudinem feruntur, omnia quae in hac re impedimentum faciunt, repellere. Christus e contra docet in illo sermone beatitudinum, 573, homines beatos esse posse et tales de facto esse quin divites sint, quamvis in paupertate, doloribus et persecutionibus vitam agant. Haec est doctrina in animos omnium revocanda: non hic habemus manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Revirescat supernaturalium rerum fides atque cultus, desideratio, spes bonorum aeternorum, 574; resurgente enim fide et caritate, conticescent motus et contentiones sociales, 575.

Cogitationem vero convertens ad proprias Ecclesiae res, B. P. animum prae-

sertim repetit sanctissimam Decessoris vita eiusque praeclarae actuosae providentiae munera. Tangit sacrae hierarchiae augmentum, adolescentis cleri institutionem, defensionem integritatis catholicae doctrinae, cultus decus, missionum propagationem. Adhuc exstant tamen multa prohibenda mala bonaque provehenda; quae summo studio B. P. curabit, 575. Cum ad successum causae communis maxime unio et concordia animorum conferant, desinant esse inter catholicos dissentiones et discordiae, ne hostes Dei et Ecclesiae ansam capiant victoriae. Nemini ergo fas esto quae legitima praeceperit auctoritas negligere, et nemo privatus, libris, diariis, publicis sermonibus se in Ecclesia pro magistro gerat. In rebus autem de quibus libertas adest – salva fide ac disciplina – disputandi, omnis sermonis intemperantia absit, 576. Abstineant etiam nostri iis appellationibus recens usurpatis ad catholicos a catholicis distinguendos, eas devitent uti profanas vocum novitates, ex quibus perturbatio et confusio sequitur. Catholicae fidei nihil addi, nihil demi potest; singulis dicere sufficiat: Christianus mihi nomen, catholicus cognomen. Studeant catholici integram conservare fidem, Vicarium Christi sequentes. Eradicentur monstruosi errores Modernismi, quem Pius Pp. X omnium haereseon collectum edixit quemque solemniter condemnavit, 577, quam B. P. condemnationem confirmat, et omnes hortatur ut caveant a quavis illius mali contagione, etiam a spiritu, ut aiunt, Modernistarum. Nihil innovetur, nisi quod traditum est; de illis autem quae mutationem pati possunt, valeat regula: Non nova, sed noviter. Cum autem ad veram vitam fidei, quam maxime conferant fraterna hortamenta et mutua exempla, gaudet B. P. alias atque alias consociationes catholicas excitatas esse, atque ut augeantur exoptat, fideliter praescriptionibus Apost. Sedis obtemperantes, 578. Ad haec necessaria est opera cleri: proinde B. P. hortatur atque obsecrat episcopos ut maxima evigilent cura ad clericos et sacerdotes optimis institutis praeceptisque rite conformandos; et commendat Leonis XIII et Pii X praescriptiones, praesertim Pianam Exhortationem ad Clerum. Sacerdotes admonet ut coniunctissimi cum suo quisque episcopo sint, et queritur quod non raro contigerit clerum huic regulae non sese conformasse. Memorat postea auctoritatem episcoporum divinam non humanam esse, 579, quamobrem, ut doctrina catholica docet, si quis non est cum episcopo, cum Ecclesia non est, 580.

Sub litterarum exitu B. P. redit ad votum pro pace, ut societas humana in omni civili et humano cultu progrediatur, et Ecclesia, nullis impedimentis retardata, ubique pergat opem et salutem hominibus afferre. Necessaria enim libertate iam diutius non fruitur, ex quo coepit B. P. illo carere praesidio a Providentia divina concesso. Omnes itaque B. P. filii, qui prope sunt et procul, iure optimo exigunt, 580, ut ipsorum Parens in administratione apostolici muneris vere sit et appareat ab omni humana potestate liber. Absonam igitur conditionem conqueritur B. P. et Decessorum suorum iisdem de causis expostulationes renovat. Cum autem voluntas hominum in manu Dei sit, omnes Deum pacis suppliciter rogent, adstante propitia Virgine beatissima, quae Personam suam, ministerium suum et animas a Christo redemptas, in fidem tutelamque recipiat, 581.

— ***Versiones authenticae:*** italica, 585; gallica, 600; hispanica, 615; germanica, 630; anglica, 647.

Episcopi nequeunt in lege generali Ecclesiae, vel in synodo vel extra synodum, aliquam mutationem inducere, sed valent authentice declarare consuetudinem esse inductam adversus ius commune, eamque firmare, 556.

— ***Italiae*** litteras circulares S. Congreg. Consistorialis accipiunt de emigrantium spirituali cura, 699; v. ***Emigrantium.***

Episcopus habet facultatem uniendi beneficia, 292; nequit tamen collegiatae ecclesiae mutare naturam, 367.

— eius auctoritas summi facienda, 580.

Epistola ad Hebraeos non solum inter canonicas, sed etiam inter genuinas Apostoli Pauli certo est recensenda, non obstantibus difficultatibus ex insolita nominis Pauli absentia, ex puritate linguae et elegantia styli, ex modo allegandi V. T. et ex quibusdam praetensis doctrinae dif-

ferentiis; quin immo doctrinae ac sententiarum consensio, similitudo admonitionum, verborum et locutionum concordia originem Paulinam demonstrant, quamvis non necessario affirmandum sit epistolam ea forma donatam esse qua prostat, 417.

Eucharistiam in Sabbato sancto inter Missarum solemnia et etiam expleta Missa licet fidelibus distribuere, 197.

Exceptiones tribunal iudicans respicientes, suam non exercent vim, nisi quum initio iudicii proponantur, 20.

F

Ferrari card. Andreas, Mediolanensium archiepiscopus, epistolam accipit qua laudatur consilium synodum dioecesanam celebrandi et propositum speciale de Ssma Eucharistia agendi; sana cultura, obsequio auctoritati debito, vita exemplari, diligenti exercitio sacri ministerii non praetermissis, 100.

Festa sequentia celebrentur: Sacrae Familiae die 19 ianuarii; Ssmi Redemptoris 15 iulii; B. M. V. de purissimo Corde, Sabbato post octavam Ssmi Corporis Christi, - de perpetuo Succursu die 27 iunii, - de Gaudiis die 27 augusti, 196, - de Consolatione, Sabbato post Festum S. Augustini E. C. et E. D., - de Maternitate die 11 octobris, et de Puritate die 16 eiusdem mensis, 197.

— Sanctorum Ordinis seu Congregationis, in ecclesiis in quibus obierunt vel corpus aut insignis reliquia asservantur, sub ritu duplici II classis recolantur; Beatorum vero sub ritu duplici maiori, 283.

— Sanctorum qui extra diem obitus in Ordine celebrentur, in die assignata recolantur, etiam ubi ritu superiori gaudent, nisi ratione patronatus vel alia una cum clero saeculari fuerint recolenda, 283.

— Sanctorum Ordinis qui patroni principales vel titulares eccles. cathedr. sint, celebrentur sub ritu duplici I classis cum octava, ut a clero saeculari, 283.

— Beatorum, etiam sicubi sub ritu altiori, quam apud Ordinem aut Congregationem, celebrentur, inviolate recolenda sunt eadem die qua in universo Ordine recoluntur, 284.

— Sanctorum aut Beatorum, si hucusque in die obitus et cum magno populi concursu agebantur, et in posterum extra eamdem diem celebranda sint, suo die per unam Missam cantatam et aliam lectam recolantur, 284.

— in Kalendario Ecclesiae universalis sub ritu duplici II classis cum octava simplici inscripta, quae sint in aliquibus locis Festa praecipua de sanctis patronis vel titularibus ecclesiarum cathedralium, a Regularibus proprium Kalendarium habentibus, quoad octavam iuxta Kalend. Ecclesiae universalis celebrentur, 382.

Festum anniversarium Dedicationis omnium ecclesiarum ita intelligendum est ut in singulis ecclesiis consecratis agatur Festum Dedicationis propriae ecclesiae, 76.

— B. M. Virginis, Magnae Hungarorum Dominae, amodo die 8 mensis octobris sub ritu duplici II classis in universa Hungaria est recolendum, 117.

Fesulanum capitulum cathedrale novam ordinationem accipit, 228.

Flores insula a vicariatu apostolico Bataviensi distrahitur et praefecturae apostolicae insularum Sundae minorum additur, 379.

Fortaleza municipium, districtus de Aqua Vermelha et portiones municipiorum Arassuahyensis et S. Michaëlis de Jequitinhonha a dioecesi Montesclarensi dioecesi Arassuahyensi attribuuntur, 188.

Fratribus Minoribus Capulatis nova praefectura apostolica de Gibuti concreditur, 233.

Funerandi ius pertinet ad proprium defuncti parochum etiam si quis decesserit extra territorium paroeciae; potest tamen acquiri etiam ex privilegio et ex consuetudine, 555.

G

Galatina civitas, interdicto speciali cui subiecta fuerat ob sacrilege impetitum archiepiscopum Hydruntinum, eximitur; unaque paroecia civitatis in tres distinctas dividitur, 8.

Genovefae (*S.*) Officium a Galliae dioecesibus sumendum, 285.

Gibbons card. Iacobus, Baltimorensium archiep., litteram accipit qua Pius Pp. X quam sibi sit cordi ostendit consilium exstruendi templum in honorem B. Virginis immaculatae, Washingtonii, apud

Universitatem studiorum, praesertim ad pietatem adolescentes docendos, quo nihil est ad Ecclesiae utilitatem et ad reipublicae salutem praestantius; et protectionem Deiparae immaculatae adprecatur, 375.

Gibuti (*de*) praefectura apostolica in Somalia gallica erigitur, distracta a vicariatu apostolico inter Gallas, et Fratribus Minoribus Capulatis concreditur, 233.

Gnam Philippus, sacerdos dioecesis Londonensis in Canada, cum, temerario et sacrilego ausu, spretis tribunalibus ecclesiasticis, 277, archiepiscopum suum Torontinum coram saeculari foro rapuerit, in poenam excommunicationis specialiter Summo Pontifici reservatae incidit, 278.

Graeco-Ruthenae ecclesiae, in Foederatis Civitatibus Americae septentrionalis, spiritualis administratio opportunis determinatur legibus, 458; nempe:

— *episcopus* graeco-rutheni ritus ab Apostolica Sede nominatur et unice pendet, plenam habens ordinariam iurisdictionem in fideles eiusdem ritus; invigilet doctrinae, bonis moribus et ecclesiae graeco-ruthenae ritui, disciplinae et caeremoniarum uniformitati, 458; frequenter et regulariter missiones universas visitet; an parochi parochialia munera absolvant diligenter inquirat bonorumque rationem exigat, quae tuto cuique missioni iuxta civiles leges serventur; substentetur collatione annuae stipis a singulis ecclesiae ruthenae dioeceseos, et ordinarie resideat in urbe Neo-Eboracensi, N. Y.; quinto quoque anno de statu personali, morali ac materiali missionum Delegato Apostolico exhibeat, cui etiam deferantur controversiae cum episcopis latinis forte exortae, 460, atque singulis saltem decenniis visitationem ad limina instituat, 459.

— *clerici* educentur in seminario proprio, vel etiam in aliis collegiis; presbyteris deficientibus, ab Europa per S. Congregationem de Propaganda Fide sacerdotes idonei postulentur; sacerdos suo marte illuc pergens ad sacras peragendas functiones nullimode admittatur: ministri pecuniam quaerentes, vel in fide ac moribus vacillantes, vel ebrietati faventes nec mittantur nec admittantur in Americam, et si tales dimittantur, 460; sacerdotes ab Europa accersiti incardinati manent dioecesi originis, sed ab episcopo graeco-rutheno unice pendent et sine huius licentia in patriam redire nequeunt. Rectores missionum amovibiles sunt ad nutum, salvo appellationis iure ad Delegatum Apostolicum et ad S. Sedem. Sacerdotes ab episcopo substententur e cumulo proventuum omnium ecclesiarum, et iura stolae et emolumenta sacri ministerii ab ipso Ordinario determinentur; ubi vero adsunt fideles graeco-rutheni ritus, sed non est missio constituta vel nullus adest eiusdem ritus presbyter, ab episcopo iurisdictio presbytero latino loci communicari potest, certiorato tamen eius Ordinario, 461.

— *fideles* ubi nulla adest ecclesia graeco-ruthena valent se conformare ritui latino, ad hunc alliceri nequeunt a sacerdotibus latinis, neque transire possunt nisi de speciali S. Congregationis licentia: frequentatio vero ex parte graeco-ruthenorum, etiam continua, ecclesiarum ritus latini non inducit mutationem ritus. Fideles latini apud sacerdotem graeco-ruthenum ab Ordinario suo adprobatum poenitentiae sacramentum recipere queunt, sed non a censuris et casibus a suo episcopo reservatis absolvi; quod item vicissim valet pro fidelibus graeco-ruthenis apud sacerdotes latinos confitentes; pariter quocumque ritu confectam eucharistiam suscipere possunt fideles, eamque urgente necessitate sacerdotes suo quisque ritu ministrare; sed ad praecepto paschali satisfaciendum et ad viaticum, extra casum necessitatis, Eucharistia sumatur uniuscuisque fidelis ritu et a suo parocho: ieiunia et festa iuxta morem locorum servari poterunt, et in ecclesia propria, si exstet, graeco-rutheni praecepto missae audiendae satisfaciant: funera a parocho ritus, cui defunctus pertinebat, persolvantur, 462.

— *matrimonia* inter fideles alterutrius ritus permittuntur et iuxta decretum *Ne temere* contrahantur coram parocho mulieris, obtenta, si opus sit, dispensatione super impedimentis ab episcopo sponsae; uxor ritum viri sequi et post illius mortem proprium resumere valet; liberi ritum semper patris sequantur, in eoque extra necessitatis casum baptizentur, 463.

Granito Pignatelli di Belmonte card. Ianuarius epistolam accipit qua Pius Pp. X eum renuntiat Legatum suum ad conventum eucharisticum Lourdense, ex quo, explorata Mariae Ssmae industria ad gloriam Iesu mystice latentis revelandam, uberrimam copiam fructuum, praesertim in salutem Galliae, obtinendas esse confidit, 376.

Grellier J. Eugenius, episcopus Vallis Vidonis, gratias accipit ob exemplar Statutorum synodalium suae dioeceseos Pio Pp. X exhibitum, 329.

Grimal gratulationes recipit ob exemplar operis « Jésus-Christ étudié et médité » reverenter Pio Pp. X exhibitum, 245.

H

Helenae (*S.*) paroecia, v. *SS. Crucis.*

Hieronymi (*S.*), v. *Pia Societas.*

Holzhey Carolus decreto S. C. Indicis humiliter se subiicit, 31.

Humbrecht A., Pictaviensium episc., epistolam accipit qua Pius Pp. X gaudet atque gratulatur ob conferentias ecclesiasticas, pastoribus et fidelibus proficuas, 248.

I

Incorporatio: quid sit et quotuplex, 319.

Indulgentias (*Ad*) *lucrandas* ius habent fideles, a legitime deputato in sodalitatem admissi, quorum nomina nondum ad eam pervenerint; vel quorum nomina, quacumque de causa, in album sodalitatis relata non fuerint, 308.

— sufficiens habetur confessio sacramentalis, ultimo octiduo ante diem pro lucranda indulgentia, peracta, 309.

Indulgentia plenaria « toties quoties » crucifixis adnexa quomodo sit intelligenda, 348.

Indulgentiae conceduntur:

— *plenariae et partiales* occasione tertii pleni saeculi ab honoribus caelitum S. Teresiae tributis, 144.

— occasione centesimi anni restitutionis Societatis Iesu, 221.

— sodalitatibus lectioni S. Evangelii provehendae institutis, 306; quas ad lucrandas, sufficit ut fideles adscribantur cuicumque sodalitio canonice erecto etiam extra locum vel dioecesim in qua degunt: visitatio autem praescripta peragi potest in qualibet ecclesia vel publico oratorio, 670.

— societatibus a temperantia vel abstinentia ab inebriante potu, 309.

— archisodalitati Barcinonensi « Adorationis assiduae pro Pontifice », 310.

— se per quandam orationem D. N. I. C. devoventibus, 697.

— *plenaria* quater lucranda oratoria D. N. a S. Corde Iesu dicata visitantibus, 29.

— pro defunctis tantum, toties quoties fideles confessi et S. Comunione refecti, ecclesiam vel oratorium visitent, defunctis suffragaturi, die 2 novembris, 378.

— semel in singulis hebdomadis, ubi continua habetur Ssmi Sacramenti solemnis expositio saltem per mensem, quamvis noctu interrupta, fidelibus confessis et S. Synaxi refectis, etc., 75.

— *VII annorum et totidem quadragenarum* in quavis Ssmi Sacramenti palam expositi visitatione, nisi diverso modo aliqua sit acquirenda indulgentia, 75.

— *CCC dierum* fidelibus preces post peracta exercitia spiritualia vel peractas missiones recitantibus, 110.

— item recitantibus quasdam orationes tempore calamitatis, 506.

— *C dierum* certam precem Christo Domino recitantibus, 107.

— certam precem, reparationis causa, beatae Mariae Virg. recitantibus, 108.

— pariter ditantur binae iaculatoriae preces ad B. M. V., 109.

— item iaculatoria prex B. M. V. de Perpetuo Succursu, 111.

— laudem in honorem Ssmi Cordis Iesu in Ssmo Sacramento recitantibus, 406.

Indulgentiae ac privilegia altarium pro expositionibus XL Horarum, a Pio Pp. IX et a Pio Pp. VII concessa, confirmantur; sed abrogantur quae aliquibus precibus vel exercitiis a statutis differentibus adnexa fuerint, 74.

— expositioni Ssmi Sacramenti adnexa animabus in Purgatorio degentibus applicari possunt, 75.

Indulgentiae partiales de quibus non fit declaratio pluries vel semel in die acquirendis, toties quoties preces vel pia opera reiterantur, lucrari valent, 379.

Indulgentiae speciales a S. P. Benedicto XV impertiuntur fidelibus retinentibus aliquam ex coronis, rosariis, crucibus

crucifixis, parvis statuis, numismatibus, ab eadem S. S. benedictis, qui praescripta pia opera adimpleverint, 503.

Infantia (opus a S. Jesu), v. *D'Hendecourt, De Teil* et *Oster*.

Iniuria quae sit et in quo consistat, 156.

Intentio matrimonium contrahendi, v. *Matrimonium*.

J

Joseph Maria a Panormo, Ordinis Minorum Capulatorum tiro, imbecillae aetatis labes magnis virtutibus emendavit. Disciplinis technicis in publicis scholis vacavit, condiscipulos a malo avertere et ad bonum inducere satagens, 280; seminarium archiepisc. ingressus, pietate et doctrina profecit; maiora molitus, inter tirones Fratrum Minorum Capulatorum cooptatus, diligentissime Deo servivit et altius emicuit virtutibus, sed morbo pulmonum correptus, placidissime obiit. Cum fama eius sanctitatis in dies clarior et diffusior evaserit, Commissio introductionis eius causae ab beatificationem a Pio Pp. X signatur, 281.

Iuria parochialia praescribi possunt, nam a vi praescriptionis non excluduntur natura rei neque speciali iuris prohibitione, 46.

K

Kalendarium: proprium habeant: Ordines regulares, pariter a monialibus et soroibus eorumdem adhibendum, et Congregationes seu Instituta utriusque sexus a S. Sede approbata; quae tamen celebrare tenentur officia localia Dedicationis et Titularis Ecclesiar. cathedr. necnon Festa solemniora patronorum principalium, cum officio et missa clero saeculari concessis, 118; nisi ipsi regulares habeant eadem festa cum officio et missa magis propriis; si graves exstent rationes ad aliqua festa localia, praeter recensita, conservanda, subiiciantur S. C. Rituum ut in Kalendario festa illa inseri possint, 119.

– *dioecesanum*, additis quae peculiariter eis concessa sunt, sequantur Congregationes et Instituta sive ordinaria sive apostolica auctoritate approbata, sed sub regimine unius praesidis non constituta; vel quae ad recitationem divini officii non teneantur, 118.

Konrad Aloisius: eius liber, donec corrigatur, in Indicem refertur, 314.

Kuam-si praefectura apostolica Sinensis in vicariatum apostolicum erigitur, 345.

Kuam-Tom (*de*) praefectura apostolica in vicariatum apostolicum cum appellatione de « Canton » erigitur, 344.

L

Lang Son et Cao Bang in Ton-Kin erigitur in praefecturam apostolicam et concreditur Patribus Dominicanis provinciae Occitaniae immaculatae Conceptionis, 30.

Lectiones emendatae uti habentur in Proprio Romano pro nonnullis Festis congruentius sumuntur a dioecesibus vel institutis, quae magis proprias non habeant, 285.

— historicae Festorum Ecclesiae universalis, quae, ab officio nobiliori impedita, Commemoratione tantum pollent, possunt in unam contrahi, 285, earumque collectio adprobatur, 553.

Libellum famosum leges prohibentes se extendunt etiam ad eos qui operam praestant seu cooperantur in eius divulgationem, 158.

« *Ligue internationale catholique contre l'alcoolisme* » praeses societatis epistolam accipit qua Pius Pp. X gratulatur ob nobile opus, et dum memorat nisus Summorum Pontificum hac de re, 246, hortatur ut praesertim ex oratione et sacramentis sodales hauriant certitudinem victoriae, 247.

Logue card. Michaël, Armacanus archiep., epistolam accipit qua B. P. ei gratias agit ob litteras ab episcopis Hiberniae Sibi obsequentissime redditas, 667.

Lucis electricae usus prohibetur non solum cum candelis ex cera super altaribus, sed etiam loco candelarum vel lampadum quae coram Ssmo Sacramento vel reliquiis Sanctorum praescriptae sunt, 353.

Luçon card. Aloisius, Rhemensis archiep., gratias a B. P. accipit ob litteras exhibitas de statu eiusdem archidioeceseos, qui B. P. quam maxime affligit, 541.

M

Macterlinck Mauritii opera omnia in Indicem referuntur, 31.

Mandati de natura est ut mandatarius exacte mandatum exsequatur, eiusque fines non egrediatur, 200.

Mariae Virg. magnae Hungar. dominae, v. *Festum.*

Martin de Herrera card. Iosephus, Compostellanorum archiepiscopus, occasione vicesimiquinti anniversarii ab inito episcopatu, epistolam accipit qua Pius Pp. X gratulationes ac vota exprimit eique facit potestatem papalem benedictionem semel impertiendi, 73.

Matrimonium: ad eius validitatem, iuxta decr. *Tametsi,* requirebatur ut contractum fuisset coram proprio parocho alterutrius sponsorum, aut coram sacerdote a proprio parocho aut Ordinario alterutrius delegato, 387, 409.

— nullum est si deficiat consensus, 517.

— contrahendi intentio componi potest cum intentione non se obligandi; sed, si intentio est contraria bono Sacramenti, invalidum reddit matrimonium, 519; si autem contraria est bono fidei vel prolis, contractum non irritat, nisi in pactum deducta fuerit, 520.

Matto Grosso territorium in Brasilia in praelaturam nullius, *Registro do Araguaya* nuncupandam, suffraganeam archidioecesi Cuyabensi, erigitur, 350.

Mendes Bello card. Antonius, Olyssiponensis patriarcha, grati animi signa, ob litteras obsequentissimas exhibitas, a B. P. recipit, qui simul adprecatur, ut V. E. actuosa caritate et prudentia, plurimum illic capiant levaminis et incrementi afflictae Ecclesiae res, 513.

Mercier card. Desideratus, Mechlinensium archiepiscopus, ob pietatis caritatisque specimen, nomine etiam cleri populique, gratias et laudes a Pio Pp. X accipit, 167.

— epistolam a Benedicto Pp. XV accipit, qui dilectissimae Belgicae nationis tristes lugens condiciones, 668, Petrianae stipis colligendae propositum laudat atque admiratur, eam tamen populi necessitatibus sublevandis cedit, 669.

Merkle Sebastianus S. C. Indicis decreto humiliter se subiicit, 31.

Metus: quales debeat prae se ferre conditiones ut matrimonium irritet, 675 sq.; quomodo distinguatur 676; qualis metus gravis; difficilis est probationis, 677.

Meyer Eugenius, moderator generalis Missionariorum Ssmi Cordis Iesu, quinquagesimo recurrente anniversario ex quo Sodalitas Dominae Nostrae a sacro Iesu Corde condita fuit, epistolam accipit qua Pius Pp. X suam succrescenti operi benevolentiam memorat, 28, eamque iterat et concedit plenariam indulgentiam quater lucrandam per annum, diebus a moderatore generali Sodalitatis et ab Ordinario loci dicendis, 29.

Mihalyi de Apsia, archiepisc. Fogarasiensis et Albae Iuliae, eiusque episcopi suffraganei ritus graeci-rumeni epistolam accipiunt qua B. P., iuxta vota eorum, 222, ecclesiae Ssmi Salvatoris ad vicum « delle Coppelle » et domunculae adnexae plenam possessionem rumeno episcopatui tribuit, 223.

Missa votiva infra Octavam simplicem Nativitatis B. M. V. ut in ipso Festo Nativitatis cum *Gloria* sed sine *Credo* legatur, 407.

Missae de communi plurium confessorum, etc., v. *Officia et Missae.*

Missam pro populo, Festo aliquo suppresso in diem Dominicam aut impeditam incidente, curam animarum gerentes applicare non tenentur, die in quam idem Festum transfertur, 9.

Modernismus a B. P. iterum damnatur, 578.

Moeroris testimonia in obitu Summi Pontificis:

a) e civilium regiminum Legatis apud S. Sedem, 439;

b) per telegraphum missa, 441.

Montesclarensi dioecesi, portio municipii Paracatù, a dioecesi Uberabensi distracta, aggregatur, loco nonnullarum territorialium portionum ab ea seiunctarum, 188.

Mora y del Rio Iosephus, Mexicanus archiep., epistolam accipit qua B. P. dolet de gravi statu Mexicanae Ecclesiae, et precibus cleri suas ex animo coniungit ut, miserante Deo, patrona B. V. Guadalupensi, intestina componantur discidia; atque, testimonium providentiae Suae, certam mittit B. P. pecuniae vim, pro culto divino et cleri sustentatione adhibendam, 543.

Morganti Paschalis, archiep. Ravennaten. et episc. Cerviensis, ob litteras obsequii plenas nec non Petrianam stipem, et etiam ob vincula necessitudinis Bononiensem sedem inter et illas dioeceses, epistolam a B. P. accipit, laudis et gratiarum actionis in sacerdotes praefatarum dioecesum plenam, occasione quoque piarum exercitationum ab ipsis celebratarum, 540.

— aliam epistolam recipit occasione solemnium divo Aligherio parandorum, qua B. P. memorat Romanos Pontifices patronos ingenuarum artium litterarumque semper exstitisse et eximios in his viros laude et honore prosecutos semper esse. Inter quos primas tenet Alighierius, praesertim si animadvertatur illum naturae studium cum religionis studio coniunxisse et mentem praeceptis catholicae fidei adeo conformasse, ut ab eius veritate, ne tempore quidem acerbitatis exilii, umquam discessus, mysteria religionis prope divino carmine cecinerit, 582; laudat proinde B. P. instaurandi templum S. Francisci, quod in memoriam reducit poëtae pietatem, funebria et sepulcrum, consilium, utpote viris catholicis accomodatum et optime religioni Dantis respondens; inceptum commendat, et decem millia nummum italicorum ad ipsam aedem instaurandam erogat, 583.

Mortier H., moderator generalis Congregationis ab immaculato Mariae Corde, anno ab eadem instituta Congregatione quinquagesimo exeunte, epistolam accipit qua B. P. Congregationem apostolica benedictione ornat, sodalium laudat frugiferam caritatem, qua de Ecclesia et de Apost. Sede bene sunt meriti, christiano praesertim nomine propagando; eosque hortatur ne a propria vocatione umquam excidant, 692.

N

Németh Iosephus, episc. titul. Isaurensis, auxil. Csanadiensis, vota B. P. recipit, quadragesimum episcopatus et sacerdotii sexagesimum anniversarium celebraturus, 225.

Novitiatus: annus integer, non stricte de hora ad horam, sed de die in diem intelligendus.

— interrumpitur si novitius a Superiore dimissus e domo exierit; si sine licentia domum deseruerit; si ultra triginta dies etiam cum licentia extra permanserit, 229.

— si infra triginta dies extra claustra permanserit novitius, sufficit ut hi dies suppleantur, 229.

— illorum qui coguntur e domo probationis exire causa militiae censendus est *interruptus;* est vero *suspensus* si infra triginta dies, qui erunt supplendi, militiae addictus fuerit; non potest computari ut tempus novitiatus servitium militare, expletum ubi exstat domus probationis, quamvis novitii maneant aliquo modo sub disciplina moderatorum, 230.

Novitii decreto S. C. de Religiosis *de absolutione sacramentali* 5 aug. 1913 comprehenduntur, 232.

Numismata singulis scapularium benedictionibus ditandi facultas unicuique sacerdoti conceditur, praesenti bello durante, in militum utilitatem, 674.

O

Octavae Festorum a die 19 ad diem 23 decembris occurrentium post Festum Nativitatis D. N. I. C. reviviscunt, 76.

Officia et Missae de communi plurium confessorum pontificum vel non pontificum et plurium virginum vel non virginum, adprobantur et conceduntur. 282; ea tamen adiici tantum poterunt Propriis particularibus, non autem ipsi Breviario Romano, 407.

— Ecclesiae universalis in Brev. Romano inserta substitui valent, absque peculiari indulto, respectivis officiis particularibus magis propriis, aliquibus dioecesibus vel institutis concessis, 351.

Officio divino (*in*) recitando, variationum libellus adprobatur, 113.

— dubia solvuntur, 709.

Officium die 27 ianuarii 1853 adprobatum, sumendum est pro festo S. Genovefae a dioecesibus Galliae quae festum illud in Kalend. inscriptum non habebant; nihil innovetur in Hispania relate ad Officium quorumdam festorum, 285.

Olindensis ecclesia metropolitana, dioecesi Parahybensi privatur, eique subiicitur sedes de Alagoas usque modo archiepiscopo Ssmi Salvatoris de Bahia dependens, 188.

Oratio de Pontifice defuncto a Rmo P. Massella habita, 434.
— *de eligendo Summo Pontifice* a Rmo D. Aurelio Galli pronuntiata, 477.
Orientales religiosi confitentes apud Latinos, et vicissim, subduntur decreto S. C. de Religiosis *de absolutione sacramentali* 5 aug. 1913, 232.
Orozco et Jimenez Francisco, episc. de Chiapas in Mexicana Republica, postulante, B. P. benigne concessit ut missa votiva B. M. V. de Guadalupe recitari posset in eadem republica die 12 uniuscuiusque mensis, dummodo non fuerit impedita a festo aliquo B. M. V. vel duplici II classis aut alio Officio huiusmodi duplicia excludente, 544.
Oster Aloisius, praeses consilii operi a sancta Iesu infantia in Germania superiore administrando, epistolam accipit qua laetatur Pius Pp. X puerorum caritate ad aeternam infantium infidelium curandam salutem, eisque bonam et supereffluenter adprecatur mensuram, 105.
— aliam accipit epistolam qua Benedictus Pp. XV laetatur et gratulatur ex eo quod pro eodem opere corrogatae stipis prope dimidiam partem Germani pueri contulerint: enixe vero vota suscipit ut opus magis magisque floreat, 694.
Ostiensis sedes a Veliterna scinditur, eaque a Cardinali Decano, una cum dioecesi iam ab eo habita, regenda erit, 219.

P

Padovani Antonius, episcopus Canopitanus, auxiliaris Cremonensis, gratulationes accipit ob constituendum Comitatum perpetuum pro congressionibus eucharisticis in Italia celebrandis, eique fit a Pio Pp. X facultas ad triennium, Statutum et Regulas praedicti Comitatus ad modum experimenti, executioni mandandi 166.
Parahybensis dioecesis eximitur a metropolitico iure ecclesiae Olindensis et in metropolitanam evehitur, cui suffraganeae assignantur nova dioecesis Cajazeirasensis et dioec. Natalensis, pariter ab ecclesia Olindensi subtractae, 188.
Parochi Urbis rochetti et palmatoriae privilegio, servatis rubricis ac decretis, ornantur, 708.
Parochialis ecclesia non habet in iure fundatam intentionem super subiectione alterius ecclesiae sitae intra limites suae paroeciae, praeterquam ad iura parochialia, 289.
Parochorum potestas, quamvis non sit vera perfectaque iurisdictio fori externi, est tamen potestas quaedam oeconomica vel domestica in parochiam quae habet quoque administrationem vere externam adnexam, 154.
Peillaube Aemilius, moderator « Seminarii S. Thomae Aquinatis » Lutetiae Parisiorum, epistolam accipit, ob exemplar Constitutionis Seminarii eiusdem, qua Pius Pp. X sollicitudinem eius et curam in alumnis dirigendis ad orationis spiritum atque perfectionem adipiscenda laudat, 472.
Pelczar Iosephus, Premisliensium Latinorum episc., quinquagesimum sacerdotii anniversarium itemque dioecesanam synodum celebrans, gratulationes a Pio Pp. X accipit, 181.
Perrin Leonidas, Collegii Canadensis superior, epistolam accipit qua consilium vigesimum quintum anniversarii ab eodem collegio Romae condito celebrandi laudat Pius Pp. X 168.
Pia Societas S. Hieronymi vulgandis sacris evangeliorum libris a B. P. commendatur, 539; v. *Cassetta*.
Piffl G., Viennensium archiepiscopus, epistolam accipit qua Pius Pp. X conqueritur suorum verborum vim et naturam mutatas esse circa graves quaestiones, 130, sed laetatur ob mnemosynon a comite hereditario Ferdinando Trauttmansdorff, praeside Societatis « Katholischer Volksbund » exhibitum, quod sensus filialis devotionis et plenae obedientiae manifestat, systema societatum interconfessionalium reiicit, et recognoscit quaestionem socialem non tantum oeconomicam, sed in primis religiosam et moralem esse, 130.
Pii Pp. X extrema infirmitas, 421; obitus, 423; actus recognitionis cadaveris, delatio corporis ad Basil. Vaticanam, eiusque expositio, 425; tumulatio et depositio in cryptis Basil. Vaticanae, 427; rogitus mortis, expositionis, etc., 428; elogium a Rmo A. Galli compositum, 430; exsequiae in Sixtino Sacello, 432; inscriptiones et oratio funebris, 434; moeroris

testimonia in obitu Summi Pontificis, 439.
— actus recognitionis cadaveris a R. Camera Apostolica in debitam assuetam formam redigitur, 718.
Poena ipso facto incurrenda a privato quoque fideli potest declarari incursa, statim ac constet de violatione legis, 161.
Praebenda est dos quae unicuique canonicatui vel beneficio, in actu erectionis assignatur tamquam correspondens officio, quod possessori beneficii imponitur, 467.
Praescriptio innititur in possessione seu quasi-possessione iuris, 91, 293.
— ut ad usucapiendum iure idonea dici possit, oportet ut sit pacifica ac continua et per 40 saltem annos persistens, 323.
— contra non valentem agere non currit, 326.
Precibus in recitandis pro Africae conversione, omitti potest invitatio seu introductio ad orationem, quin spirituales adnexi favores depereant, 547.
Presbyteris S. Cordis nova praefectura apostolica de Adamaua concreditur, 234; v. *Adamaua.*
Presbyterorum a S. Maria Congregatio: eius moderator generalis epistolam accipit, qua B. P. laudat non solum sodalium disciplinae sanctae vigorem studiumque evangelicae perfectionis, sed et peculiare opus, *a bona morte* nuncupatum, quo caritas eorum complectitur extremum vitae momentum et provide advocat opem Mariae matris Perdolentis in eos qui in eodem versantur, 693.
Privilegio altaris, sacrificium celebrantes ubi continua habetur almi Sacramenti solemnis expositio, saltem per mensem, quamvis noctu interrupta, die quolibet gaudent, 75.
Propagationis fidei operi spiritualibus favoribus concessi fruuntur tum parochus, cui demandatum fuit munus colligendi eleemosynas, quam vicarius cui parochus munus committit, 305, sacerdos director et etiam episcopus, 306.
Propria officiorum et missarum cum cantu in triplici exemplari revisioni et approbationi S. C. Rituum subiicienda, tamquam non definitivum opus, 316.
— particularia iam adprobata, vi decreti diei 3 iunii, iterum examini S. C. Rituum subiicienda non sunt, 352.
— eorumdem approbationis vis, 673.
Proprium officiorum pro clero almae Urbis eiusque districtus approbatur, 315.
Publicatio non est de substantialibus iudicii, neque, per se, si negata, nullitatem processus inducit, 87.

Q

Quasi-domicilium est actualis habitatio cum intentione permanendi per maiorem anni partem, 409; ab eius acquisitione distinguenda est eius probatio in foro externo, 410; commoratio unius mensis ante contractum matrimonium in loco matrimonii, constituit praesumptionem iuris quod quis acquisierit sufficiens quasi-domicilium, 389.

R

Ratisbonensis editio Breviarii Romani, v. *Breviarii Romani.*
Religiosi parere tenentur superioribus praecipientibus ut celebrent secundum intentionem a Constitutionibus vel ab ipsis Superioribus praescriptam, 231; v. *Superiores Religiosi.*
Reliquiarum Sacrarum Officium adprobatur, 193.
Richelmy card. Augustinus. Taurinensium archiep., epistolam accipit, qua Pius Pp. X gratias agit pro filiali ominum votorumque obsequio, sancti Ioseph die festo redeunte, exhibito; atque ob crescentem erga Ssmum Sacramentum religionem et sacras aedes ad augendum paroeciarum numerum constructas, gaudet, 180.
Rituum S. Congregationis Commissiones, v. *Commissiones.*
Renzetti Aloisius decreto S. Indicis Congregationis humiliter se subiicit, 31.
Roseto Valfortore oppidum cum adnexo territorio ab Arianensi dioecesi disiunctum, dioecesi Lucerinae unitur, 188.
Rumeno episcopatui plena possessio ecclesiae S. Salvatoris ad vicum « delle Coppelle » atque adnexae domunculae tribuitur, 223.

S

Sabbato Sancto Eucharistia distribui potest tam infra quam post Missam, 197.
Sacerdotibus (de) in certas quasdam regiones demigrantibus, confirmatis praescriptio-

nibus a S. C. Concilii iam editis, nonnulla necessaria et opportuna per decretum adduntur, 182.
— *in perpetuum aut ad diuturnum tempus migrantibus*, 183.
— *ministerium suum spirituali migrantium fidelium bono exhibentibus*, 184.
— *qui ad breve tempus proficiscuntur*, 185.
— *interpretatio* art. 4 sup. decreti. 671.
Sacerdotes in Italia prohibentur ne, inconsulto Ordinario, administratoris publici munus exerceant, 313; ne sindacalistis societatibus dent nomen operamve praebeant, 349.
Sancti vel Beati alicubi publico cultu honorati, absque certo S. Sedis decreto vel indultu, 235; eorum cultus maneat in statu suae possessionis, neque augeatur neque extendatur S. Sede inconsulta, 236.
